Et uide q non qz odium est passio appetitus  
 sensitivi. qui mouet ex apprehensione sensi  
 bili que non potest esse rei uniuersalis ) 2

qz



Summula. d. Thomae.

quod odium potius causatur ex dissonantia quam  
obiecti communitati repugnat, communitas au-  
tem est de ratione universalis, ergo odium non  
potest esse alicuius in universalibus, 3.º quod obiectum  
tunc odij, quod est malum, est in rebus, univ-  
ersale autem est in mente, ergo / Sed contra est  
quod philosophus dicit in 2.º rhetor. quod ira semper  
fit inter singularia, odium autem etiam ad  
genera, furem enim, et calumniatorem odit  
unusquisque / Dicendum quod odium secundum  
quod est in parte sensitiva potest esse alicuius uni-  
versalis non ut subest intentioni universalibus  
talis, sed ut in se est natura communis; sicut enim  
dicimus quod color est obiectum visus secundum  
genus, quod quod sit cognoscibilis a visu non con-  
venit ei in quantum est hic color, et inde est  
quod omnis odit lupum generaliter, ira autem  
semper causatur ex aliquo particulari, sed odium  
secundum quod est in parte intellectiva, cum conse-  
quat apprehensionem universalem intellectus  
potest esse utroque modo respectu universalis sui  
sicut prout est natura communis, et prout sub-  
est universalitati intentioni / Ad 1.º. R-  
quod sensus apprehendit non universale ut  
sic, sed aliquid cui per abstractionem acci-  
dit universalitas / Ad 2.º. quod communitatem  
dissonat ab alijs, quamvis non dissonet com-  
mune omnibus / Ad 3.º. quod procedit de univer-  
sali formaliter ut sic /

Questio. 30. de concupiscentia

In 4. articulos divisa.

Ar



Ar. 1. Vm concupiscentia sit tantum  
in appetitu sensitivo?

Et videtur quod non quod est quedam concupiscentia sapientie videlicet sapientie b. appetitus autem sensitivus non potest ferri in sapientiam. | 2. quod in psalms dicit anima concupiscere desiderare iustificationes dei. quod non est in appetitu sensitivo | 3. quod quislibet potentia concupiscit proprium bonum. ergo non solus appetitus sensitivus | Sed contra est Damascenus loquens de concupiscentia et ira | Dicendum ut philosophus in ethicis dicit quod concupiscentia est appetitus delectabilis. Delectabile autem accipitur secundum rationem et proprium anime, aut secundum sensum et totius continentis ad corpus et animam pertinentis et hęc est proprie concupiscentia (ut ipsum mens sonat) in appetitu sensitivo. et in concupiscentibus que ab ea derivantur. | Ad 1. Respondeo dicitur est. et etiam quod inferior appetitus suo modo tendit in spiritualia consequens appetitum superiorem immo et caro iuxta illud psalms cor meum et caro mea exultaverunt in deum vivum. | Ad 2. quod desiderium dicitur simpliciter motus virtutis. ac proinde etiam pertinet ad appetitum superiorem | Ad 3. quod procedit de appetitu naturali cuiuslibet potentie indito

Ar







riti est obiectum memoria / Ad. 2. q. cupi-  
 ritas dicitur amor, tanquam amoris effectus, uel  
 q. Augustinus sumit cupiditatem large et  
 respectu boni futuri, et sic comprehendit amo-  
 rem, et spem / Ad. 3. q. passio opposita concu-  
 piscencia est inmoderata (cuius locus quando  
 q. ponit timor) q. est de malo absenti.

Ar. 3. Vm sine aliqua concupiscen-  
 tia naturales et alij non?

Et uidetur q. non. q. concupiscencia uel dictum  
 est pertinet ad appetitum animalem, qui des-  
 tinguitur ab naturali / 2. q. naturale et  
 non naturale, sumit secundum differentiam  
 materialem obiectorum, et secundum nume-  
 rum tantum / 3. q. ratio diuidit contra na-  
 turam ut patet in 2. physicorum si ergo in homi-  
 ne est aliqua passio concupiscencia non natu-  
 ralis, erit rationalis. Sic autem esse non potest  
 q. cum sit passio pertinet ad appetitum senti-  
 tium, ergo. / Sed contra est philosophus in  
 4. ethicorum. / Dicendum q. delectabile dicitur dupli-  
 citer primo modo q. conuenit naturae anima-  
 lis sicut cibus et potus et concupiscencia huius-  
 dicitur naturalis. Secundo modo dicitur delecta-  
 bile q. est conueniens animali secundum ap-  
 prehensivum, et concupiscencia huius dicitur  
 non naturalis. prima est communis hominibus  
 et brutis ut dicit philosophus in 3. ethicorum. se-  
 cunda est propria hominum ac proprie. i. rhetoricorum  
 uocat eam philosophus rationalem, et q. diuer-  
 si diuersimode rationantur concupiscencia is  
 tuis

et salet  
 magis di-  
 si cupi-  
 tas



Summula d. Thomae

hinc secundi generis dicunt in 4. et sic. pro  
prie et opposita scilicet supernaturales. Ad  
1. Quod illud idem quod appetit appetitua  
terat potest appeti appetitu animali cum fue  
rit apprehensum. Ad 2. quia differentia  
obiecti non est mere materialis sed formalis  
ex diversitate obiecti alij. prout scilicet ab  
quod appetit fieri absolute apprehensione  
ex qua causantur concupiscentie naturales  
aut prout apprehendit cum deliberatione.  
Ad 3. quia in homine non solum est ratio univer  
salis et intellectiva. sed etiam particularis quae  
pertinet ad partem sensitivam, et propterea  
appetitus sensitivus potest etiam a ratione  
universali moveri mediante imaginatione  
particulari.

Ar. 4. Vm concupiscentia sit infinita?  
Et videtur quod non quia eius obiectum est bonum, quod  
ad habet rationem finis. qui autem ponit in  
finem excludit finem ergo. 2. quia infini  
tum cum sit improporcionatum non potest  
habere rationem convenientis. 3. quia infini  
ta non est transire, et per consequens nec in eis  
venire ad ultimum, ac subinde nec delectari  
quod concupiscentia implicat. Sed contra est  
philosophus in 1. polit. / Dicendum quod natura  
semper tendit ad aliquam determinationem et  
certum ac proinde concupiscentia naturalis  
non potest esse infinita in actu quia nullus d. g.  
appetit infinitum cibum: quamvis contingat  
esse



aut potu

esse infinitam in potentia. & per quandam  
 successione[m], q[uo]d uno cibo sausto desideratur  
 alius et alius priori consumpto. Ioan. 4. dicit  
 saluator. Sed concupiscentia non naturalis  
 omnino est infinita. q[uo]d sequit[ur] rationem cuius  
 est in infinitum procedere. potest etiam alia  
 ratio assignari ex philoso[ph]o. s. potest quare  
 quedam concupiscentia sit finita. quedam  
 infinita. Semper enim concupiscentia finis  
 est infinita. N. g. sanitatis. quatenus maior  
 et maior sanitas appetit[ur] et concupiscit. Con-  
 cupiscentia vero mediocum non est infinita  
 si secundu[m] illam mensuram appetit[ur] quod  
 conuenit fini. Unde qui diuitias appetunt ad  
 necessitate[m] vite finitatem concupiscunt. Se-  
 cus qui in illis finem constituant. Ad 1. R.  
 q[uo]d dicitur quod concupiscit accipit ut quoddam  
 finitum. aliter enim non posset apprehendi  
 preterquam q[uo]d est finitum secundum rem prout  
 concupiscit simul in actu. Ad 3. q[uo]d ratio in  
 apprehendendo est quodam modo uirtutis in-  
 finite. et sic universale apprehendit quod  
 continet infinita singularia. et numero in  
 infinitum sic addit. Ad 3. q[uo]d ad hoc ut ali-  
 quis delectetur non est necessarium. ut conse-  
 quat[ur] omnia. que concupiscit. sed in omni  
 concupiscentia quod consequit[ur] delectatur.

Quæstio 31. de delectatione

Secundum se in octo articu-

los diuisa.

Ar.



Summula 2. Thomae

• Ar. 1. Vm delectatio sit passio?

Et videtur quod non. quia est operatio ut dicitur philosophus in 7. et 10. et sic operatio autem et passio distinguuntur secundum Damasc. in sub. 2. in hoc quod operatio est motus secundum naturam passio vero est motus contra naturam, ergo  
3. quia delectatio consistit in quadam perfectione ut dicitur 10. et sic. perfici autem non est pati ut dicitur 7. phys. et in 2. de anima Sed contra est August. 10. et 14. de civitate dei  
dicendum quod sicut contingit in rebus naturalibus quod consequantur suas perfectiones naturales, ita hoc contingit in animalibus et quamvis moveri ad perfectionem non sit totum simul tamen consequi naturalem perfectionem est totum simul. quia autem anima ita sentitur se constitui in eo quod est secundum suam naturam, delectari, et non delectari res naturales ut pote sensu carentes. est ergo delectatio motus in appetitu animalium consequens apprehensionem sensus. ac per consequens est passio animae, quam ut talem et iuxta dicta definit Arist. in 1. rhetoricorum. dicens quod delectatio est quidam motus animae et constitutio tota et simul tota, et sensibilis in naturam existentem quia delectatio non est generatio ut dicitur Plato. nec consistit in gigni aut fieri. sed in termino et in factum esse. Ad 1. R. quod ad operationem naturalem non impeditur (quae ut dicitur)

2. quia pati est motus ut dicitur in 3. phys. delectatio autem consistit in motu esse. quia causa tunc ex bono iam a deo.



esse in 2. de anima est perfectio secunda sequi  
 et delectatio que consistit in perfectum esse, un-  
 de delectatus est operatio non per essentiam  
 sed per causam. / Ad 2. q. licet delectatio sit  
 quies in bono presentiam adepti et cessaverit  
 motus executionis secundum exteriorem ope-  
 rationem, adhuc remanet immutatio appe-  
 titus ab appetibilibus, ratione cuius delectatio  
 motus quoddam est. / Ad 3. q. et si non tempus  
 pre, dicunt etiam quoddam passiones perfec-  
 tivas, de quibus est delectatio.

Ar. 2. Vm delectatio sit in tempore.  
 Et videtur quod sic. qz est motus. / 2. qz aliqua de-  
 lectationes dicuntur morose, ergo in tempore sunt.  
 3. qz aliqua passiones anime sunt in tempore  
 ergo et delectatio, qz passiones anime unius  
 generis sunt. / Sed contra est quod dicit philo-  
 sophus. 10. ethicorum q. secundum nullum  
 tempus accipiet quis delectationem. / Dicen-  
 dum qz quoddam dicunt esse in tempore secun-  
 dum se, illa nimirum <sup>de</sup> quibus ratio est suc-  
 cessus, vel aliquid ad successionem pertinens,  
 sicut motus, quies, et locutis. quoddam uero  
 sunt in tempore secundum aliud et quatenus  
 accidunt, illa scilicet, de quorum ratione non  
 est successus. Sed tamen alicui successus aut  
 transmutationi subiacent, sicut esse homine  
 quod magis est terminus motus aut generatio-  
 nis, sic igitur delectatio secundum se (qz est in bono  
 iam adepti) non est in tempore, erit tamen in-  
 tern



Sumula D. Thomae.

<sup>A</sup>  
nec successiuus

tempore per accidens s; bonum sit transmuta-  
bile. aut non erit in tempore nec perse nec per  
accidens. Subonum de quo est nulli mutationi  
subiaceat / Ad 1. R. q. non omnis motus qui  
est actus perfecti est perse in tempore ut intelli-  
gere et sentire. ut dicit in. 3. de anima / Ad  
2. q. dicit delectatio inrosa uel diuturna per  
accidens. quatenus est in tempore per accidens.  
Ad 3. q. alie passionis q. alie ~~passiones~~ motus  
bene pro obiecto bonum adeptum. sicut delec-  
tatio ~

Ar. 3. Vm delectatio differat a gaudio.  
Et uidet q. rō. qz idem est obiectum utriusq; scilicet  
bonum adeptum / 2<sup>o</sup> qz idem motus scilicet  
concupiscentia est ad gaudium. et ad de-  
lectationem. idem autem motus rō est ad du-  
os terminos distinctos / 3. qz pari ratione leti-  
tiam. exultatio. et iocunditas essent passio-  
nes a delectatione distincte. quod non est ue-  
rum / Sed contra est q. in brutis est delectatio.  
et non gaudium / Decendum cum Auicenna  
in lib. suo de anima q. gaudium est species  
quedam delectationis que non habet locum  
rati consequi rationem. ac proinde q. uis delec-  
tatio conueniat brutis. non tamen eis conuenit  
gaudium. omne autem quod concupiscimus se-  
cundum naturam. possumus etiam cum delecta-  
tione rationis concupiscere. Sed non e conuerso  
et propterea quando q. delectat corpus contradicen-  
te et renitente ratione. Latius ergo patet delec-  
tatio qz gaudium / Ad 1. R. q. obiectum forma-  
le



Se utriusq; non est idem, ratione diuersa appre-  
hensionis, et sic delectationes animales, quae di-  
cuntur etiam gaudia distinguuntur a delectationi-  
bus corporalibus, quae solum dicuntur delectationes  
sicut supra de concupiscentijs dictum est. / Ad  
2. q; non est eadem concupiscentia, q; gaudium  
respondet desiderio / Ad 3. q; illa nomina sunt  
effectuum delectationis: nam letitia dicitur quasi  
latitia, q; dilatat cor; exultatio ab exteriori sig-  
no, iocunditas a quibusdam specialibus letitiae  
signis vel effectibus.

utrobique

Ar. 4. Vm delectatio sit in appetitu  
intellectivo?

Et videtur q; non, q; philosophus i. rhetor. dicit  
q; delectatio est motus quidam sensibilis / 2.  
q; est passus, omnis autem passus est in appe-  
titu sensitivo / 3. q; est nobis communis cum brutis,  
ergo in parte quae nobis etiam cum illis est  
communis / Sed contra, q; dicitur in psalmo de-  
lectare in domino, ad deum autem non exten-  
ditur appetitus sensitivus, ergo / Dicendum quod  
apprehensionem rationis non solum mouetur  
appetitus sensitivus per applicationem ad al-  
quod particulare, sed etiam appetitus intel-  
lectivus, qui dicitur voluntas in qua ex consequen-  
tia reperitur delectatio, quae dicitur gaudium sine trans-  
mutatione <sup>tamen</sup> corporali, quae reperitur in delectatione  
sensibili, / ac propterea nihil aliud est q; simplici-  
ter motus voluntatis, iuxta Augustinum q; de ci-  
uitate dei. / Ad 1. R. q; sensibile sicut progrediamur  
q; apprehensione, iuxta ea quae dicuntur in 10 ethi-  
ca



## Summula de Theoria

ethic. vel q. tantum definit delectatio appeti-  
tus sensitiva? Ad 2. q. delectatio appetitus in-  
tellectivi non est cum transmutatione negativa  
sicut proprie rationem passionis sed est simplex mo-  
tus voluntatis, quod in deo, et angelis reperitur  
ut dicit philosophus in 7. ethic. et deonis in  
fin. celestis Hierarchia / Ad 3. q. in nobis sunt  
delectationes appetitus, in quibus communicamus  
cum brutis, et delectationes intellectiva in  
quibus communicamus cum angelis, ut dicit  
citatus Dionysius ~

Ar. 5. Vm delectationes corporales et sen-  
sibiles sunt maiores delectationibus spi-  
ritualibus et intelligibilibus.

Et videtur q. sic primo q. plures sequuntur eas,  
2. q. transmutant corpus, et in quibus dant  
in varias faciunt, ut dicit 7. ethic. ergo sunt  
fortiores, ut ex effectibus constat / 3. q. oportet  
delectationes sensibiles referre ad earum  
vehementiam, quod in spiritualibus non oportet.  
Sed contra est quod dicit in psalmo q. dul-  
cia faucibus meis. et t. s. m. et famam. et ad-  
idem est philosophus in 10. ethicorum / dicendum  
q. actiones anime sensitiva et intellecti-  
vae cum sint immanentes sunt perfectiones et bonum  
ipsius operantis (ut sentire et intelligere) et  
~~ipsius operantis~~ sunt etiam cognita per se  
sum. et intellectum. ex quo <sup>est</sup> ~~provenit~~ q. non  
sunt ex earum obiectis sed etiam ex ipsis pro-  
venit delectatio, hęc autem delectatio est maior  
et consistit ex cognitione actionis intellectiva  
quā



q̄z sensitivus q̄z perfectior est et q̄z magis cognos-  
 cit q̄z intellectus magis reflectit supra altum  
 suum q̄z sensus. Si vero comparantur delectationes  
 intelligibiles spirituales delectationibus senti-  
 bilibus corporalibus. Sic secundum se et simpliciter  
 loquendo delectationes spirituales sunt maio-  
 res. ut hoc apparet secundum tria que requiruntur  
 ad delectationem. scilicet bonum commu-  
 tum et id cui coniungitur et ipsa coniunctio  
 nam bonum spirituale est maius et magis dilec-  
 tum. ut patet in honore. ipsa etiam pars in-  
 tellectiva est multo nobilior cuius sit coniunctio est  
 multo nobilior. et coniunctio utriusque est ma-  
 gis intima et magis perfecta q̄z tota simul et ma-  
 gis firma q̄z sensibilia transcurrunt. Sed quod ad  
 nos delectationes corporales sunt magis uehe-  
 mentes propter tria scilicet q̄z magis nota que  
 ad nos. secundo q̄z fiunt cum quadam transmu-  
 tatione corporali, quod in spiritualibus non con-  
 tingit nisi per aliquam redundantiā. tertio  
 q̄z appetuntur ut medicina contra aliquas  
~~tristitias~~ molestias aut defectus corporales ex quibus  
 tristitia quedam consequuntur et dicitur de-  
 lectionibus mitigantur. delectationes autem  
 spirituales non habent tristitias contrarias  
 ut infra dicitur / Ad. 1. patet ex modo dictis. et  
 etiam q̄z delectationes spirituales sunt virtu-  
 osas. et ex consequenti pauciores / Ad. 2.  
 q̄z illa transmutatio magis procedit ex de-  
 lectionibus corporalibus in quantum sunt pas-  
 siones appetitus sensitivi / Ad. 3. q̄z delectationes  
 spirituales sunt secundum mentem que est

ut patet



Summula de Thoma

est ipsa regula unde sunt secundum se ipsas  
sobria et moderata. alii vero indigent regu-  
lari et temperari a ratione.

Ar. 6. vni delectationes tactus sunt ma-  
iores delectationibus quae sunt  
secundum alios sensus.

Et videtur quod non quod cessante delectatione visus  
cessat omne gaudium ut dicit Thome 5. ex  
ergo illa est maxima. 2<sup>o</sup> quod maxime diligatur  
visus inter omnes sensus. 3<sup>o</sup> quod principium a-  
micitiae delectabilis maxime est visus. ergo  
Sed contra est philosophus in 3. ethicis. dicen-  
dum quod ut dicitur in 1. metaph. sensus diliguntur  
propter duo scilicet propter cognitionem, et  
propter utilitatem. unde et utroque modo con-  
tingit esse delectationem secundum sensum  
si ergo loquamur de delectatione sensus quae  
est ratione cognitionis (maxime quia apprehen-  
ditur ut bonum quoddam quod proprium est homi-  
ni) maxima delectatio est secundum visum.

intra limites sen-  
sibilis delectationis

videtur tanquam firmi propinquior. quoniam tactus  
est cognoscitivus eorum, ex quibus consistit  
animal. scilicet calidi et frigidi. Humidi et  
siccis, et huiusmodi, et hoc est manifestum, quod  
id quod est naturale in uno quoque est potentius  
suum. Sed si consideremus delectationes visus  
prope deseruiunt intellectui. sic sunt potiores  
Ad.

(quales sunt huius  
modi delectationes  
ad quae ordinantur  
cupiscentiae naturales  
scilicet cibi, potus et  
venereorum)



Ad 1. R. q. gaudium magis pertinet ad usum  
sed delectatio naturalis magis ad tactum.

Ad 2. q. visus magis diligit ob cognitionem  
q. plerumque rerum differentias nobis osten-  
dit, ut ibidem dicitur / Ad 3. q. delectatio est  
causa amicitiae delectabilis per modum finis  
visus autem sicut principium motus amaris  
et corruptiscentia delectationis).

Ar. 7. Vm aliqua delectatio sit non  
naturalis.

Et videtur q. non. q. est sicut quies in corporali  
q. nullum autem corpus quiescit nisi in lo-  
co naturali / 2. q. si est contra naturam, non  
non erit delectabile / 3. q. constitutum in propri-  
am naturam (quod pertinet ad delectationem)  
est naturale ergo / Sed contra est philosophus  
in 7. ethic / Dicendum q. in homine natura  
le sumit dupliciter. nimirum quod est desig-  
natura ut pote q. ut intellectus et rationalis  
et prout natura in eo condistinguitur a ratione  
immo ei non obedit. et secundum utranque ac-  
ceptionem contingit aliquas delectationes esse  
innaturales simpliciter loquendo, sed contra-  
turales secundum quod, propter aliquam corrup-  
tionem principiorum naturalium speciei. vel  
ex parte corporis (et sic febricitantibus dulcia  
videntur amara, et male complexionati comedunt  
terram, aut carbones) vel ex parte animae et  
sic delectantur multo ob consuetudinem in some-  
dendo homines. et visum cum bestiis. et per hoc pa-  
tet

in aliquo individuo  
Sicut siue aqua ea  
se facta est naturale  
quod calefaciat  
ethic.



Summula d. Thomae

resolutio ad objectiones

Art. 3. Vm delectatio possit esse delectationi contraria?

ut probat in .10 metaph.

Funde q non .1. qz obiectum delectationis est bonum. at bonum bono non contrariatur sed bonum malo. et malum malo. ut dicitur in predicamentis. / 2. qz unum est contrarium sed delectationi contrariatur tristitia ergo non etiam delectatio / 3. qz hęc contrarietas non potest esse nisi propter contrarietate eorum in quibus aliquis delectat. hęc autē est differentia materialis contrarietas vero secundum formam ut dicit in .10. metaphys. Sed contra est q quędam delectationes se invicem impediunt / dicendum q delectatio est ad modum quietis et quę ad modum quę quę est sursum contrariatur quę est deorsum sic est Ad. 1. R. q. in bono virtutis (qz accipit ex convenientia ad aliquid unum scilicet ad rationem) non potest esse contrarietas alias duo bona contrariantur. ut calidum frigidum. Ad. 2. q delectationi opponit delectatio tanqz quies naturalis alterius, et opponit tristitia tanqz quies violenta / Ad. 3. q ea in quibus delectamur sunt obiecta delectationis (ut dicitur in 10) ac proinde illa differentia non solum est materialis, sed formalis

Quęstio 32. de causa delectationis in 3. art. 1. divisa

Ar.



Ar. 1. Vm operatio sit propria causa  
delectationis.

¶ Fudat q non qz dicitur i rhetor q delectatio  
consistit in eo q sensus patiat ab obiecto, hinc au  
tem precedit operationem, ergo / 2. qz delecta  
tio consistit in fine adepto, sed non semper ope  
ratio est finis, sed quandoqz ipsum operatum /  
3. qz otium et requies sunt delectabilia, ut dicitur  
i rhetor / Sed contra est philosophus in 7  
et 10 ethic dicens q delectatio est operatio co  
naturalis, et non impedita / Dicendum q de  
lectationem precedunt consecutio boni, et cogni  
tio sui adeptio unde oportet q omnis  
delectatio aliquam operationem consequatur.  
Ad 1. R q obiecta delectabilia non causant de  
lectationem ut dictum est, nisi prout unione  
nobis media aliqua operatione / Ad 2. qz eti  
am cum operationes sunt operata ipsa causant  
delectationem in quantum habita uel facta  
quod refert ad aliquam operationem, aut usum.  
Ad 3. qz operationes sunt delectabiles in qua  
tum sunt proportionate et connaturales ope  
ranti cuius virtus est finita, alias sunt accedi  
ose, et quies prinde et otium delectationem  
causare solent.

non sunt excessiue  
sed.

Ar. 2. Vm motus sit causa delectatio  
nis.

¶ Fudat q non. 1. qz delectatio cau  
sat ex bono iam adepto, quod autem mo  
tus ad aliud motum habet illud / 2. qz mo  
tus inducit lassitudinem et laborem / 3. qz  
mo



## Summulad. Thomaz

motus inducit novitatem contra consue-  
tudinem omnium ea autem que sunt consue-  
ta sunt nobis delectabilia ut dicit philoso-  
phus .i. rhetor. / Sed contra est Augustinus  
B. confess. ubi Somnices quibusdam alterna-  
tionibus gaudere affirmat, qd per consequens  
motus videtur esse causa delectationis / Dicen-  
dum qd motus ex tribus efficit delectabilis. pri-  
mo ex parte nostra nature que qd transmuta-  
bilis est. modo delectat in hinc postea in illo,  
etiam opposito. 2. ex parte delectantis, quod  
nobis contingit, quatenus actione continua  
ta magis unice. 3. ex parte cognitionis usq[ue]  
coniunctionis, qd cum aliqua non possunt ap-  
prehendi tota simul delectat transmutatio  
ut aut unum transeat, et alterum succedat  
secus esset si natura sic intransmutabilis  
et totum suum delectabile simul valeat in-  
tueri. / Ad. 1. R. qd motus habet aliquid de-  
lectationis non perfectum, sed velut in via, et  
in quantum per illum fit aliquid conueni-  
ens, quod antea non erat / Ad. 2. qd motus  
non est delectabilis si transcendat habitu-  
dinem naturalem, sed secundum qd remo-  
vet contraria sui habitudinis. / Ad. 3.  
qd consuetum est delectabile qd efficitur quia  
si naturale, et exinde habet etiam motus  
qd sic delectabilis, sed tunc in quantum per  
eum per eum revertentur contraria habi-  
tudini naturali.

Ar. 3. Vm spes et memoria sint causa  
delectationis?

et



Evidet q, non q, neutrum eorū est de bono //  
 presentia, sicut delectatio / 2. q, spes potius  
 affligit animam ne dicitur prop. 14 / 3. q, etiā  
 concupiscentia et amor non minus erunt cau-  
 sa delectationis, si quidem cum ea conveniunt  
 in hoc q, sunt de bono, sicut et spes / Sed contra  
 est quod dicitur Rom. 12. spe gaudentes. et in psal-  
 mo memor fui dei, et delectatus sum. / Ven-  
 dum q, cum delectatus caret ex presentia boni  
 secundum q, sentit, vel quocumq, modo percipit  
 iuxta modum conjunctionis est et majoritas de-  
 lectionis, ac proinde primum gradum tenet  
 delectatio quae fit per sensum, quae requirit ipsā  
 presentiam rei sensibilis, secundum delectati-  
 o spei in qua est conjunctio boni conjunctiōis  
 per apprehensionem cum facultate vel possi-  
 bilitate adipiscendi illud. Et tertium gradum  
 tenet delectatio memorie, quae habet solam  
 conjunctionem apprehensionis / Ad. 1. R. q, in spe  
 et memoria bonum est presens secundum quod  
 ad modum dicitur conjunctionis / Sicut simpliciter  
 sit absens / Ad. 2. q, spes delectat ut dicitur est;  
 et affligit in quantum caret reali presentia boni  
 nihil autem prohibet idem secundum diversa  
 esse causam contrariorū / Ad. 3. q, amor et cō-  
 cupiscentia suam etiā delectationem causat  
 sed spes importat quandam certitudinem rea-  
 lis presentiae boni delectantis, et ideo magis pro-  
 prie causa delectationis.

et conjunctione

ad minus estimata

Ar.



Summulae d. Thomae

Ar. 4. Vm tristitia sit causa delectatio<sup>is</sup>?

Et videtur q. non. 1. q. contrarium non est causa contrarij / 2. q. contrariorum contrarij sunt effectus. Sed delectabilia memorata sunt causa delectationis, ergo tristitia memorata sunt causa doloris / 3. q. odium non est causa amoris ergo nec tristitia delectationis / Sed contra est q. in psalmo dicitur fuerunt mihi lacrymae meae panes. d. ac. nocte. per perem autem refectio delectabilis intelligitur / Dicendum q. tristitia et prout est in actu existens causat delectationem (in quantum facit memoriam rei dilectae, de cuius absentia aliquis tristat) et prout est in memoria etiam tristitia causat delectationem propter subsequentem malorum evasionem. unde dicitur Aug. 22. de civitate dei q. saepe. q. tristitiam meminimus. et ad idem est in 3. confest. / Ad. 1. R. q. etiam frigidum quod dicitur per accidens calefacit. ut dicitur 3. phys. et sic tristitia per accidens est / Ad. 2. q. tristitia memorata sunt causa delectationis in quantum ab eis liberamur. sicut memoria delectabilium amissorum causat tristitiam / Ad. 3. q. similiter odium potest esse causa per accidens amoris in quantum aliqui conveniunt in odio unius rei

Ar. 5. Vm ad rores aliorum sint nobis causa delectationis?

Et videtur q. non q. causa delectationis est bonum nobis coniunctum / 2. q. per rationem  
omnia



omnia alia bona alioq. erunt nobis delecta //  
 tionis causa, quod non est verum | 3. q. opera  
 tio est nobis delectabilis in quantum procedit ex  
 habitibus nobis innatis ut dicitur in 2. ethic. ergo non  
 procedit ex operationibus aliorum. Sed contra est  
 Joannes in 2. carnica gaudens de profectu alte-  
 rius / Dicendum q. operationes aliorum sunt  
 nobis causa delectationis, tripliciter. primo q.  
 ex eis consequimur aliquod bonum. 2. q. ex eis  
 realiter / efficitur in nobis aliqua cognitio & estimatio pro-  
 pria, in quantum laudamus ab alijs | 3. in qua  
 tum operationes alioq. si sunt bona & estimantur  
 ut propria propter vim amoris, qui facit ami-  
 cum eundem mihi. / Ad. 1. R. q. operatio  
 alterius potest esse mihi coniuncta, vel per ef-  
 factum ut in primo modo; vel per apprehensi-  
 onem, ut in secundo modo; vel per affectionem  
 sicut in tertio modo / Ad. 2. q. procedit quan-  
 tum ad tertium modum, et nunquam ad duos pri-  
 mos / Ad. 3. similiter patet ex dictis, nec enim  
 est opus ut illae operationes procedant ex habitibus  
 qui in me sunt.

Ar. 6. Vm benefacere alteri sit  
 causa delectationis?

Et videtur q. non. q. magis facit ad emissionem  
 proprii boni, q. ad adaptionem / 2. q. ut dicit  
 philosophus in 4. ethic. illiberalitas vicia-  
 tur aliorum est hominibus q. prodigalitas illibe-  
 ralitas autem consistit in desistendo ab bene-  
 facere / 3. q. quaedam que pertinent ad male-  
 fa



Summula d. Thomae

facere (ut vincere & arguere, et increpare) <sup>et puni</sup>  
 sunt hominibus (maxime iratis) delectabilia <sup>re.</sup>  
 ergo / Sed contra dicitur. 2. potest / Dicendum  
 q. benefacere est delectabile. primo ratione bo-  
 ni collati amici quod ueritatem reputamus.  
 Secundo ratione finis intenti quatenus in de-  
 aliquod bonum speramus nobis ipsis, 3. rati-  
 one principij a quo beneficium procedit scilicet  
 ut facilius benefaciendi quod delectat. <sup>2m</sup> <sup>et su-</sup>  
 bitus ex quo etiam delectabiliter actio benefica  
 procedit. tertium principium est motuum //  
 N. g. cum quis mouet ab amico ad benefacien-  
 dum alteri / Ad. 1. R. q. emissio in quantum  
 est indicatio proprii boni est delectabilis, ut  
 ne euacuetur illud / Ad. 2. q. prodigalitas ha-  
 bet immoderatam et euacuativam emissio-  
 nem, et propterea dicitur contranaturam / Ad  
 3. q. illa sunt delectabilia in quantum parti-  
 nent ad proprium bonum scilicet excellentia  
 in vincendo. Scientia in redarguendo potest  
 tueri in increpando, et remotiones minorationis  
 (quam quis patitur per iniuriam) in vindica-  
 do, aut puniendo.

quod est triplex

ostendendum uel  
defendendum.

Ar. 7. vni similitudo sit causa  
delectationis?

¶ Unde q. non. 1. q. gressu alijs delectari et  
 tamen dissimulati facit alijs / 2. q. qui pati-  
 untur tristitiam conantur sequi delectationes, ni-  
 hil autem magis contrariarum delectationibus  
 tristitia ergo / 3. q. repleti delectationibus N. g.  
 cibo <sup>retho</sup> <sup>ue dicit</sup> <sup>ethico</sup>



cibo non delectant in eo. immo magis illum fasti-  
diant. Sed 2<sup>a</sup> est q<sup>d</sup> similitudo est causa amari  
et per consequens delectationis.

Dicendum q<sup>d</sup> simile in quantum dicitur virtuti  
est delectabile sicut et amabile. contingit ta-  
men q<sup>d</sup> quandoq<sup>ue</sup> corrumpit id quod est ma-  
gis virtuti vel q<sup>d</sup> excedit mensuram per que-  
dam excessum proprii boni. ut super abundantan-  
tes ubi. vel per directam contrarietatem ad  
oppositum bonum. sicut figuli abominantur ali-  
os figulos. non in quantum sunt figuli, sed  
in quantum impediunt eis proprium lucrum.

Ad. 1. dicendum q<sup>d</sup> qui preest alijs communitat  
cum eis. et illis benefacit. et hoc ut sic est de-  
lectabile, q<sup>ui</sup>is ratione cuiusdam excellen-  
tie ipsius dissimilis efficiat. Ad. 2. q<sup>ui</sup> illud in  
quo delectat tristis. est dissimile tristitie, non  
tamen simili contrarietate, q<sup>ui</sup> tristitie contra-  
riat q<sup>ui</sup> bono eius. qui contristat. et hoc  
est causa quare quedam delectationes corpo-  
rales. quibus sunt contrarie quedam tristi-  
tie magis appetunt q<sup>ui</sup> delectationes spiri-  
tuales. quoniam habent contrarietatem tris-  
tie. Ad. 3. patet ex dictis q<sup>d</sup> in illis delec-  
tationibus est fastidium non inq<sup>ui</sup> tum sunt  
similes et boni, sed q<sup>ui</sup> excedunt mensuram  
proprii boni.

Ar. 3. Vm admiratio sit cau-  
sa delectationis?

Respondetur q<sup>d</sup> non. Primo. q<sup>ui</sup> admiratio inuol-  
uit



Summula 2. Thomae.

int ignorantiam, ut dicit Damascenus) 2<sup>o</sup>  
qz admiratio est quasi via et inquisitio ve-  
ritatis, quae potest impediri. Delectatio autem  
magis convenit contemplationi veritatis iam  
cognitae / 3<sup>o</sup>. qz consuetis delectamur, quae  
ut ait Augustinus super Ioan non sunt ad-  
mirabilia imo vilesunt. / Sed contra est phi-  
losophus. i. rector. / Dixerunt qz miratio  
sua in rei amariqz adeptione est delectatio,  
sed et in desiderio ad percipiendam eam maior aut  
minor secundumqz crescit spes. est autem ad <sup>posside</sup>  
miratio desiderium quoddam sciendi causa <sup>reij.</sup>  
alicuius effectus. et proinde omnia admirabi-  
lia sunt delectabilia. et conferre unum al-  
teri (ne pote proprius actus rationis) est  
delectabile et proinde liberari a magnis pe-  
runtibus est delectabile qz admirabile. ut  
dicit. i. Rector / Ad. 1. Rr qz admirationis  
est delectabilis pro eo quod in ignorantia  
sed sicut dictum est / Ad. 2. qz quandoqz  
accidens inquisitio rei incognitae est delecta-  
bilior qz contemplatio cognita quatenus  
desiderium sciendi crescit et excitatur ex per-  
ceptione ignorantiae. et sic magis qz stimulum  
a nobis invenitur. / Ad. 3. qz ea quae sunt con-  
suetasunt delectabilia ad operandum inqz  
tunc sunt quasi connaturalia: rara autem  
possunt esse delectabilia. vel ratione desi-  
derij. et cognitionis, vel ratione operationis  
qz inclinat mentem ad hoc ut intensius in no-  
uita



uitate operet. ut dicitur in. 10. et sic perfectior  
enim operatus causat perfectionem delectationis  
nem.

Q. 33. de effectibus delectationis

Ar. 1. Vm delectationis sit dilatare?

Et videtur quod non. 1. quod dilatare pertinet ad a-  
morem. 2. cor. 5. cor nostrum dilatatione est. et  
simile in psalms. Sicut mandatum tuum,  
et amor est passus distincta ab amore. 2. quod  
dilatare ordinat ad recipiendum. ergo potius  
pertinet ad desiderium. 3. quod constructio op-  
ponit dilatare, et illud instringimus quod  
firmiter instringimus, et quod delectamur. Sed  
contra est Mai. 6. Dilatabile cor tuum. et de-  
lectatio a dilatare nomen accepit. Dicitur  
dum quod latitudo. (ut pote dimensio corporales)  
non inuenit in affectionibus animae nisi  
secundum metaphoram, dilatare autem  
dicitur quasi motus ad latitudinem. et inue-  
nit delectationi secundum dicitur, quod ad de-  
lectationem requisitum. Sed secundum  
apprehensionem boni convenientis. et secun-  
dum partem appetitivam qua animus as-  
sentit rei delectabili, et in ea quiescit quasi  
tradens se ad continendum rem delectabilem.

Ad. 1. Res quod ea quod dicitur metaphoricè dicitur  
suis possunt attribui. et sic dilatare pertine-  
re potest ad amorem in alios, et ad delectati-  
onem in scripto. secundum diversas similitu-  
dines

Ad



Summula 2. Thomae

Ad. 2. q. desiderium multo magis ampliat  
ex presentia rei delectantis / Ad. 3. q. quid delec-  
tatio consistit non delectantem ad se referens  
sed ampliat eum ut perfecte delectabili fruatur.

Ar. 2. Vm delectatio cause sitim  
sui, vel desiderium?

Et videtur q. non. 1. q. delectatio est quasi-  
quies motus desiderij. omnis autem motus  
cessat cum peruenit ad quietem. 2. q. de-  
lectatio est iam <sup>rei</sup> habitus desiderium autem  
habitu <sup>rei</sup> ergo opponitur potius. Sed contra  
est Augustinus. Ioan. 4. Dicendum q. delec-  
tatio secundum q. est in actu non nisi per acci-  
dens causat sitim vel desiderium sumptius  
(Si desiderium dicat appetitum non habi-  
tu) sibi vel quatenus res presens non perfec-  
te habet vel ex parte sui, vel ex parte habentis.  
Si vero desiderium aut sitis solum dicat  
exclusionem fastidij delectationes spiritua-  
les quo magis habent avidius appetunt  
nisi eis adiungantur operationes virtutum  
corporalium, quo per assiduitatem lassantur.  
Si autem consideret delectatio pronest in  
memoria, et non in actu, sic per se nata est  
causare desiderium vel sitim sumptius -  
nisi memoria ab illa dispositione mutetur.

Ad. i. R. q. procedit quando perfecte habet  
quies. / Ad. 2. q. id quod imperfecte habet  
habet ad se aliquid ad ipsendum sui -

Ad. 3

3. q. delectatio ple-  
narius causat fasti-  
dium ergo.

antist.



Ad. 3. patet ex dictis, q. delectationes alio modo  
causant fastidium, alio modo desiderium

Ar. 3. Vm delectatus impedit usum rationis?

Et videtur q. non. 1. q. quies iuvat maxime  
rationis usum. uel dicat. 7. physic. et sapient. 3.

Et delectatus est quaedam quies. ergo 2. quod  
rationis est in parte apprehensiva. ergo non im-  
pediet a delectatione, quae est in parte appeti-  
tiva. 3. q. motus virtutis apprehensiva  
magis mouet et causat delectationem. ergo.

Sed contra est Philosophus. in. 6. ethicorum  
dicendum q. delectationes propriae adaugent  
operationes. N. q. contemplatio augetur ex de-  
lectatione, quae in ipsa percipitur. Delectationes  
autem corporales impediunt usum rationis  
tripliciter. primo ratione distractionis uel to-  
talis (uel ~~in~~ si non fuerit adeo uehementis) attr-  
ahit ad aliud. Secundo ratione contrarie-  
tatis q. quaedam delectationes corporales mul-  
tum excedentes sunt contra <sup>ordinem</sup> usum rationis,  
maxime practice. 3. per quamdam ligaturam  
usus rationis ex corporali perturbatur, ut  
patet in visu lentis.

Ad. 1. R. q. etiam quies  
in delectabili quandoq. contrariatur usui rati-  
onis. Ad. 2. quod dicitur potentia sunt unius a-  
nimae cuius intentio ex uehementi intentione  
ne ad alium ueniat, impedit ab alio contra-  
rio alterius. Ad. 3. q. debitus usus rationis  
requirit actus imaginatiue. Et virtutibus sen-  
situarum.

Ar. 4. Vm delectatus per-  
ficiat operationem?

VVA. BHSC EF



Summula d. Thomae

Et videtur quod non. 1. quod impedit usum rationis a quo dependet omnis actus humana. 2. quod delectatio est operatio vel essentialiter vel causa. Sicut ut dicitur in 7. et 10. et sic nihil autem perficit se ipsum. 3. quod nec perficit ut finis cum potius delectatio sit propter operationem, neque ut agens quod operatio etiam est causa delectationis, neque ut forma ut inquit philosophus in 10. et sic ergo nullum modo. Sed contra est quod ibidem dicitur a philosopho. Dicendum quod delectatio perficit operationem dupliciter scilicet ut finis non propter quem sed tanquam bonum inveniens eidem operationi. et ex parte causae agentis non quidem directe sicut medicus sanum sed sicut sanitas; et in quantum agens delectatio in sua operatione vehementius attendit ad ipsam et impedit extraneam ut dicitur in 10. et sic. Ad 1. Respondeo quod non omnis delectatio impedit actum rationis, quin immo aliqua fortificat ipsum. Ad 2. quod operatio causat delectationem per modum efficientis, delectatio vero operationem per modum finis perficientis ut dicitur. causae enim ut dicitur in 2. physice sunt sibi invicem causae. Ad 3. patet ex dictis.

Quaestio 34 de Bonitate et malitia delectationum.

Ar. 1. Vnde omnis delectatio sit mala? Et videtur quod sic. primo quod ut dictum est impedit usum rationis et etiam corrumpit prudentiam ut dicit Dionysius 4. de divinis nominibus maxime







Summula d. Thomae

¶ q. temperatus et perfecte virtuti non sequuntur omnes delectationes. nec naturales delectationes brutorum sunt malae | Ad. 3. q. non omnis boni est ars. sed exteriorum fallibilium. circa actiones autem nostras, et passiones magis est prudentia, et virtus; quamvis etiam est aliqua ars factiva delectationis. sicut pulmentaria, et pigmentaria. ut dicitur in 7. ethicorum

Ar. 7. Vm omnis delectatio sit bona? Et videtur quod sic quia bonum dividitur ex quo in honestum, utile et delectabile. | 2º delectatio propter se et ipsam quae est (ridiculum enim videtur querere ab aliquo quare vult delectari) illud autem est secundum se (et ex se) querenti uniuersaliter bonum) quod nunquam videtur propter aliud. ut dicitur in 1. ethicorum | 3º quia delectatio ab omnibus (etiam bestiis) appetitur. | Sed contra dicitur per 2. letare cum male fecerint) Dicendum quod nec omnis delectatio est mala. ut posuerunt stoici, nec omnis delectatio est bona ut asseruerunt epicurei. Si enim bonum in quo appetitus conquiescit est simpliciter bonum, erit simpliciter delectatio et simpliciter bona; si autem non sit simpliciter bonum, sed quoad hunc (sicut lepra quandoque comedere venenosa) tunc nec delectatio est simpliciter, sed tunc; nec simpliciter est bona, sed bona secundum quid, vel apparens bona

Ad. 1. R. q. honestum et utile dicuntur se  
cum



secundum rationem; delectabile autem secundum appetitum; qui quandoque in illud tendit, quod non est conveniens rationi. Ar. 2. q. delectatio ex eo q. est quies in fine. non querit ob aliud; finem autem contingit esse bonum aut malum, quamvis nuncque sic fiat, nisi sit bonus quod ad finem. Ar. 3. q. nec omnne bonum quod appetitur est per se bonum ~

Ar. 3. Vn aliqua delectatio sit optimus? Et videtur q. non q. nulla generatio est optimus q. nulla sit ultimus finis, ergo nec delectatio q. ex eo q. aliquid constituit in sua natura delectat. 2. q. optimus nil addi potest, quod fiat melius, ac delectatio melior semper fit addita virtute. 3. q. delectatio non est universaliter bonum, ut dictum est; ergo neq. optimum. Sed contra est q. beatitudo, quae est optimum, non est sine delectatione iuxta illud psalmi adimplebitis me letitia est.

Dicendum q. Plato non recte sensit de delectatione existimans nullam esse summum bonum vel optimum, et hinc q. videbat delectationes sensibiles in quadam transmutatione et generatione consistere. et q. summum bonum vel optimum, solum abstractum et deum appellabat. cum tamen ita sit q. in contemplatione scientiae iam acquisitae animus spirituales delectat, et non solum in eius acquisitione seu generatione. et q. ultimus finis et summum bonum dicit ipse deus simpliciter, vel finis beatificatio ipsius cum delectatione illi annexa q.   
 109



Summula d. Thomae

quae dici potest optimum bonum inter bona  
humana)

Ad. 1. Rr q, aliquae <sup>delectationes</sup> operationes sequuntur opera  
tiones perfectas, et beatifica perfectissimam.

Ad. 2. Rr tunc q delectatio non est extranea ab  
operatione virtutis; tunc q, argumentum pro  
cedit de optimo simpliciter. / Ad. 3. q delecta  
tio ex hoc scilicet q, sit optimum, q, est perfecta  
quies in optimo; non ex hoc q, est delectatio, et  
proinde non omnis delectatio est bona, nec dicitur  
omnis esse optima, sicut et aliqua scientia est  
optima non tamen omnis.

Ar. 4. Vn delectatio sit mensura vel re  
gula secundum quam iudicet bonum vel  
malum in moralibus?

Et videtur q, non. 1. q, non est primum in gene  
re moralium (siquidem ipsam praecedunt amor  
et desiderium) omnia autem mensurae aut  
primum sui generis. 2. q, mensura et regula  
debet esse uniformis; ac delectatio est multi  
formis ut patet ex dictis. / 3. q, certius iudicium  
sumit de effectu per causam, q, est in verso, ac  
operatio est causa delectationis, ergo delecta  
tio non est mensura. / Sed contra est Augusti  
nus super illud psalmi servitans corda, et verus  
deus. et Philosophus in 7. ethicorum. Dicen  
dum q, bonitas vel malitia moralis principa  
liter in voluntate consistit, ut supra dictum est  
utrum autem voluntas sit bona vel mala, pro  
cipue ex fine cognoscitur; id autem scilicet pro  
fine in quo voluntas quiescit, quies autem in  
bono







## Summula 2. Thomae

est q. dolor sicut et delectatio, est in appetitu  
vel sensitivo vel intellectivo; omnis autem  
motus appetitus sensitivi dicitur passio et pro-  
cipue illi qui in defectum sonant. Unde dolor  
secundum q. est in appetitu sensitivo proprijs  
me dicitur passio animae; sicut in lestra corpo-  
rales proprie passiones corporis dicuntur.

Ad. 1. R. q. causa doloris est in corpore. et sic  
dolor dicitur esse corporis sed motus doloris sem-  
per est in anima, nec dolet corpus non dolente  
anima, ut Augustinus dicit. / Ad. 2. q. dolor  
dicitur esse sensus, non quod sit actus sensitivus vir-  
tutis, sed quod requirit ad dolorem corporalem  
sicut ad delectationem. Ad. 3. q. dolor non  
est actus naturalis appetitus, sed cum natura  
aliquid bonum removeri sentit. Sequitur dolo-  
ris passio in appetitu sensitivo.

Ar. 2. Vm tristitia sit idem, quod dolor?  
Et videtur quod non. 1. quod Augustinus dicit q. dolor  
dicitur in corporalibus, tristitia autem dicitur magis  
in anima. 2. quod dolor est tantum de presentibus  
h. tristitia vero etiam de praeteritis et de futuris.  
3. quod dolor sequi videtur solum ad sensum tactus  
tristitia vero ad omnes sensus. Sed contra unde  
et illud Pauli. Rom. 9. tristitia mihi est magna  
et continuus dolor. Dicendum q. delectatio  
et dolor potest causari vel ex apprehensione  
interiori imaginativus, <sup>et</sup> vel intellectus, vel  
ex apprehensione exteriori sensus, apprehensio  
autem interior ad plura se extendit, quod exterior  
illa ergo delectatio quae ex interiori delectatio ap-  
pre-



prehensione causae gaudium, et dolor ex interi-  
 ore apprehensione causae appellatur tristitia, ex  
 exteriori autem uscat quidem dolor, sed non tri-  
 stitia. ac p[er]inde tristitia est quaedam species do-  
 loris. sicut gaudium delectationis) Ad. 1. R.  
 q. August. loquitur de dolore secundum acciōis  
 datorem uscabily ad dolorem corporis. Ad.  
 2. patet. q. apprehensio interior extendit et-  
 iam ad praeterita, et futura) Ad. 3. q. sensib;  
 lia tactus sunt dolibrosa, non solum in quantum  
 sunt contraria virtuti apprehensivae, sed etiam  
 in quantum contrariantur naturae. Si igitur do-  
 lor accipiat pro corporali dolore, (quod usitatus  
 est) dolor ex oppositis dividit contrarietatem, se-  
 cundum distinctionem apprehensionis interio-  
 ris, et exterioris. si vero dolor accipiat communi-  
 ter sic est genus tristitiae ut dictum est ~

### Ar. 3. Vm tristitia seu dolor sit contra- ria delectationi?

Et videtur q. non. 1. q. unus contrariorum non  
 est causa alterius. ac matth. 5. dicit beatus qui  
 lugent) 2. q. quandoq. fletus et tristitia de-  
 lectant) 3. q. unum contrariorum non est  
 materia alterius, ac poenitens ut dicit August.  
 de dolore gaudeat. et contra malus dolere dicit  
 q. delectat est ut dicit philosophus in 9. ethic  
 sed contra est August. 14. de civit. de j.

Dicendum q. cum obiecta delectationis et tristi-  
 tiae s[ic] bonum praesens et malum praesens sunt  
 contraria etiam delectatio et tristitia contraria  
 sunt.

Unum autem contrari-  
 orum non denominat  
 aliud

Ad



Summula Thomae

Ad. 1. R. q. unum contrarium per accidens potest esse causa alterius. ~~non modo quatenus~~ <sup>pot. esse causa</sup> ex praesentia et sic tristitia delectationis, uno modo in quantum tristitia de absentia alicuius boni, vel de praesentia contrarij vehementius querit illud in quo delectet: alio modo in quantum ex magno desiderio delectationis non recusat aliquis tristitias perferre. et his duobus modis merentur lugentes delectationem eternam.

Ad. 2. q. dolor ipse potest esse delectabilis per accidens, vel in quantum habet admirabilem admirationem ut in spectaculis; vel in quantum facit recordationem rei amatae. Ad. 3. q. voluntas et ratio supra suos actus reflectunt et sic tristitia potest esse materia delectationis vel e converso per accidens, in quantum sibi utrunq; accipit in ratione boni, vel mali.

Ar. 4. Vm' omnis tristitia omni delectationi contrariet?

Et videt q. sic. q. in ratione passionum animiq; opponunt sicut albedo et nigredo, tanq; species contrarij. 2. q. quilibet delectatus et modicum mentum contra quamlibet tristitiam q. contra riant. 3. q. quilibet delectatus impedit quamlibet tristitiam. ut dicitur. 10. ethic. Sed contra est q. ex eodem habitu caritatis procedit gaudere cum gaudentib; et flere cum flentib;. Dicendum ex. 10. metap. q. contrarietas est differentia secundum formam, aut gratiam, ut virtus et vitium; aut speciem, ut iustitia et iniustitia. tristitia autem et delectatio cum sint passi

ut dicitur 17. ethic.



ones specificant ab obiectis, que sunt uelut forme  
 extrinsecæ. et quidem secundum genus suum  
 contrarietatem habent. nam unum pertinet  
 ad prosecutionem, alterum uero ad fugam; que  
 se habent in appetitu, sicut affirmatus, et nega-  
 tius in ratione, ut dicitur in. 10. et sic. et id est tri-  
 stitia et delectatio, que sunt de eodem habent op-  
 positam ad inuicem secundum speciem. tri-  
 stitia uero et delectatio de diuersis. Si quidem  
 illa diuersa non sint diuersa opposita sed dispa-  
 rata non habent oppositionem ad inuicem se-  
 cundum rationem speciei, sed sunt etiam dispa-  
 rata. Sicut tritari de morte amici, et delecta-  
 ri in contemplatione. Si uero illa diuersa sint  
 contraria tunc delectatio et tristitia non solum  
 non habent contrarietatem secundum rationem  
 speciei, sed etiam habent conuenientiam, et af-  
 firmitatem, sicut gaudere de bono, et tritari de  
 malo. Ad. 1. R. q. albedo et nigredo non ha-  
 bent speciem ex habitudine ad aliquid exterius.  
 Ad. 2. q. tristitia et delectatio contrariantur se-  
 cundum genus, genus autem sumit a materia. in  
 accidentibus autem locus materis est subiectum  
 et ides in qualibet tristitia est contraria dispo-  
 sitio subiecti, dispositio uero, que est in qualibet  
 delectatione. preterquam quod quandoque delectatio e-  
 tiam contrariat tristitiam secundum speciem.  
 et ex qualibet delectatione confortat natura  
 animalis. et ex hoc patet ad. 3. ~

Ar. 5. Vm delectationi contemplationis  
 ~ ~ sit aliqua tristitia contraria?  
 EF



Summula d. Thomae.

Et videtur q. sic. i. q. Apollonius dicit. quae secundum deum tristitia est. (Sed in portione superiori, poenitentiam in salutem stabilem operat.) 2. q. quod contrarium contrarij sunt effectus, ergo si unum contrarium contemplatum causat delectationem, aliud erit causa tristitiae. 3. q. quaedam inveniuntur est medicari. ut dicit philosophus in. ii. metaph. | 4. q. contemplatio potest impediri. ergo in ea potest esse tristitia | 5. q. carnis afflictus est causa tristitiae et eccles. ultimus dicit q. frequens meditatio carnis est afflictus sed contra est sapiens. B. non habet amaritudinem conversatio illius etc.

Dicendum q. delectatio contemplationis potest intelligi dupliciter. uno modo sic q. contemplatio sic delectationis causa, et non obiectum. et hoc patet in philosopho q. delectatio contemplationis habeat tristitiam contrariam. alio modo sic q. contemplatio sit ipsius delectationis obiectum. et ita per se delectatio non habet tristitiam contrariam. potest tamen per accidens ei aliqua tristitia adiungi. delectationis apprehensionis dupliciter. scilicet vel ex parte organij quod lassat, vel ex parte impedimenti ipsius apprehensionis.

Ad. 1. R. q. illa tristitia est non de contemplatione, sed de re contemplata. scilicet de peccato.

Ad. 2. q. quae sunt in rerum natura contraria in mente non contrariantur, immo una est disciplina | Ad. 3. q. contemplatio secundum se non habet rationem maiorem (quod ut sic est consideratio veri) sed per accidens ex parte

21



rei contemplantur, ad quam inordinate appetitus  
afficitur, aut quae impedit contemplationem rei me-  
toris / Ad. 4. quod tristitia, quae est de impedimen-  
to contemplationis, non contrariatur delectationi  
in contemplationis, sed est ei affinis / Ad. 5. quod  
illa afflicto per accidens se habet ad contem-  
plationem mentis.

Ar. 6. Vtrum magis sit fugienda tristitia  
quam delectatio appetenda?

Et videtur quod sic. 1. quod ut ait Aug. in lib. 33. qq.  
nemo est, qui non magis dolorem fugiat quam  
appetat voluptatem / 2. quod alio contrarij fa-  
cit ad uelocitatem motus, et sic aqua calefacta  
citius et magis congelatur, ergo maior est fuga  
tristitiae, quam appetitus delectationis / 3. quod lau-  
dabilior et fortior uidetur ille, qui resistit motui,  
quod fugit dolorem, quam temperatus, qui resistit mo-  
tui, quod appetit delectationem / Sed contra est  
quod fortius est bonum quam malum, delectatio au-  
tem est appetibilis propter bonum.

Dicendum quod, per se loquendo appetitus delecta-  
tionis fortior est, quam fugat tristitiam, tum quod tendit  
in bonum, quod est fortius quam malum, tum quod bo-  
num appetit propter se, malum autem fugit quod est  
privatio boni. Et hinc uidemus quod motus natura-  
lis est uelocior in fine (quando scilicet accedit ad ter-  
minum naturae conuenientem) quam in principio  
quando a termino des conuenienti recedit. Per  
accidens autem contingit quod tristitiam aliquis ma-  
gis fugiat, quam delectationem appetat, tripliciter  
primo ex parte apprehensionis, quod amor magis  
ser



## Sumula 2. Thomae

Sentit cum eum prodeit iridigentia. Secundo  
ex parte causae contrarietas quae repugnat bo-  
no magis amato, quae sit bonum illud, in quo de-  
lectamur. et 3 ex parte effectus, in quantum  
sibi tristitia impedit, non unam tantum, sed o-  
mnes delectationes / Ad. 1. R. quod illud est ve-  
rum per accidens, et ipse Augustinus explicat in  
his, quae ibi adiungit. / Ad. 2. quod motus qui est  
ab interiori magis tendit in id quod est conveni-  
ens, ut diximus de motu naturalibus: motus autem  
qui est ab extrinseco interdum ex ipsa contrari-  
etate, et sic motus violentus interdum in princi-  
pio, et remittit in fine. motus autem appeti-  
tibus partus est ab intrinseco. Hoc est ab anima  
ad res, et non a rebus ad animam ut procedit mo-  
tus ab extrinseco / Ad. 3. quod fortis ex se laudat  
quod non vincit a periculis mortis, quae tristitia ex-  
uperat delectationem ciborum, vel venereorum,  
temperatus autem magis laudat ex hoc, quod non  
prosequit delectationes tales; quod ex hoc quod non  
fugit tristitias contrarias, ut patet in 3. ethicis.

Ar. 7. Vm dolor exterior sit maior quae  
interior?

Respondetur quod sic. 1. quod contrarietas consistentis unitate  
interior autem causat ex aliqua imaginatione  
malae / 2. quod magis movet res et coniunctio con-  
trarij, quae apprehensio est imago / 3. quod habet  
fortiores effectus. et facilius causat mortem quae do-  
lor interior. / Sed contra dicitur ecel. 25. omnis  
plaga tristitia cordis est / Dicendum quod causa  
doloris exterioris est malum coniunctum, quod dicitur

pug



pugnat corpori: causa autem doloris interioris est malum coniunctum, quod repugnat appetitui, dolor etiam exterior sequit apprehensionem sensus, et specialiter tactus, dolor autem interior apprehensionem internam, vel imaginationis, vel rationis: causa ergo doloris interioris perse pertinet ad appetitum: causa autem doloris exterioris pertinet ad appetitum per aliud. s; q; repugnat corpori unde ex parte ista causq; preeminet dolor interior. preeminet etiam ex parte apprehensionis, nam apprehensio imaginationis et rationis altior est q; apprehensio sensus et uniuersalior.

Ad. i. R. q; etiam dolor interior potest esse de his que contrariantur vitq;. Ad. 2. q; dolor interior non procedit ex similitudine, sed ex re ipsa apprehensa, que perfectius apprehendit per internam apprehensionem. Ad. 3. q; immutationes corporales magis causantur ex dolore exteriori, et proinde ex motu appetitus sensitivi corpus magis immutat

Ar. 8. Vm tantum sint quatuor species tristitie.

s; Accidia, anxietas uel Achaos, misericordia, et inuidia.

Unde q; non. i. q; contrarij (s; delectationis) non assignantur aliquae species | 2. q; etiam penitentia, remissio et zelus sicut species tristitie. 3. q; contingit aliquem tritari in alienis malis et in alienis bonis, ergo misericordia et inuidia

n3



## Summula de Thomae

Specifice.

non distinguunt. et similitudo posset argui  
 de alijs. Sed contra est authoritas Damasceni  
 et gregoriij ruceni, quorum primus ponit duas  
 primas trinitate species secundus vero alias du-  
 as. Dicendum. q. species procedit ex additi-  
 ore alius ad genus, quod in virtute continere  
 & in genere, sicut rationale in animalibus: im-  
 proprie autem dicitur species ex additione alius  
 extranei, ut si album addat animalibus. species  
 ergo trinitate sumuntur ex applicatione ratio-  
 nis trinitate ad aliquid extraneum; quod qui-  
 dem sumi potest, vel ex parte cause & obiecti, vel  
 ex parte effectus. proprium autem obiectum  
 trinitate est proprium malum; unde extraneum  
 obiectum trinitate accipi potest, vel secundum  
 alterum tantum, quod sibi est malum, sed non  
 proprium, et sic est misericordia; quae est trinitate  
 trita de alieno malo, in quantum tamen estima-  
 tur ut proprium; vel quantum ad utrumque, quod  
 neque est de proprio, nec de malo, sed de bono  
 alieno in quantum tamen bonum alienum  
 estimatur ut proprium malum, et sic est invidia.  
 Proprius autem effectus trinitate consistit in  
 quadam fuga appetitus, et si tollatur fuga est  
 appetitus, et si tollatur appetitus est accidens.  
 Ad. 1. R. q. delectatio causatur ex bono, quod  
 uno modo dicitur, et non multipliciter, sicut  
 malum. Ad. 2. q. pro intentione est de malo  
 proprio, quod per se est obiectum trinitate, unde  
 non pertinet ad suas species. Zelus vero et re-  
 missus sub invidia continentur ut infra patebit

Ad



Ad. 3. patet ex dictis. ~

Quaestio. 36 de causis tristitiae  
vel doloris in 4. art. 1. diuisa.

Art. 1. Vn̄ causa doloris sit bonum amissum,  
vel malum coniunctum?

Et videt q. magis sit bonum amissum i. q. d. Aug. lib. 33. dicit dulcissimum esse desiderium de amissione bonorum temporalium. 2. q. q. delectatio contraria est de bono adeptis. 3. q. q. amor ut dicit August. 14. de civ. est causa tristitiae, et obiectum amoris est bonum, ergo sed contra est Damascenus. lib. 2.

Dicendum q. in rebus naturalibus privatio vel amissio non habet rationem alicuius entis, sicut in apprehensione, et sic malum coniunctum privatio habet rationem contrarij. et sicut in motu naturali accessus respicit bonum convenientem, et recessus contrarium. sic in motu appetitus, delectatio quae se habet per modum accessus respicit per se prius bonum adeptum, tristitia vero quae se habet per modum recessus respicit malum coniunctum. Sed tamen quoniam ad modum causa motus naturalis. N. g. gravitas per prius inclinat ad bonum deorsum, q. retrahat a bono sursum sic amor qui est causa delectationis et tristitiae prius respicit bonum, q. malum, ne proinde eo modo, quo obiectum est causa passionis, magis proprie est causa tristitiae, vel doloris malum coniunctum, q. malum amissum.



Summulae de Theologia

Ad. 1. Quod ipsa amissio boni apprehenditur  
sub ratione mali. et sic amissio mali sub ra-  
tione boni. Ad. 2. quod delectatio et dolor con-  
trarius respiciunt idem sed sub contraria ra-  
tione. scilicet absentis. uel presentis. Ad. 3. quod qu-  
ando ex aliqua causa proueniunt multo mo-  
tus, non oportet quod omnes principaliter respici-  
ant illud, quod principaliter respicit eam, sed  
primus tantum; unusquisque autem aliorum  
principaliter respicit illud, quod est ei conue-  
niens secundum propriam naturam uel ra-  
tionem.

Ar. 2. Vm concupiscentia sit causa  
doloris?

Et uidetur quod non. 1. quod tristitia respicit malum  
concupiscentia uero bonum. 2. quod dolor est  
de presenti. concupiscentia autem de futuro.  
3. quod concupiscentia est secundum se ipsam  
delectabilis. ergo non est causa doloris. Sed  
contra est Augustinus in Enchirid.

Dicendum quod causa motus appetitiui per modum  
finis est eius obiectum; causa autem sicut unde  
est principium motus est interior inclinatio ap-  
petitiui, qui quidem prius inclinatur ad bonum  
et ex consequenti ad repudiandum malum  
contrarium; ac proinde primum principium  
huius motus appetitiui est amor, qui est prima  
inclinatio appetitus ad bonum consequendum.  
Secundum autem principium est odium, quod  
est prima inclinatio appetitus ad fugiendum  
ma



malum, quod autem concupiscentia est primus  
 amoris effectus, ides ab Augustino pro amore  
 ponit. <sup>et licet non sit</sup> <sup>compa tristitia</sup> <sup>ipsius</sup> <sup>et licet non sit</sup> <sup>compa tristitia</sup>  
 quodammodo <sup>ipsius</sup> <sup>et licet non sit</sup> <sup>compa tristitia</sup> <sup>et licet non sit</sup> <sup>compa tristitia</sup>  
 men fuit causa <sup>ipsius</sup> <sup>et licet non sit</sup> <sup>compa tristitia</sup> <sup>et licet non sit</sup> <sup>compa tristitia</sup>  
 tione, vel totali ablatione boni contristamur.

Ad. 1. Rr q, inclinatis appetitus ad bonum conse-  
 queridiam, est causa inclinationis appetitus ad  
 malum fugeridiam. Ad. 2. <sup>id quod</sup> q, reuliter futurum e-  
<sup>in presenti</sup> presentialiter sperat, et impedimentum presen-  
 tialiter opponit. Ad. 3. q, concupiscentia est de-  
 ledabilis quandiu manet pes ~||~||~||~

Ar. 3. Vm appetitus unitatis sit causa  
 doloris?

¶ Vnde q, non q, secundum dicta Philosophi  
 in. 10. ethic. opinio quorundam fuit q, repletio  
 et unitas ad ebum est causa delectationis. 2<sup>o</sup>  
 q, separatio superfluum est delectabilis. 3<sup>o</sup>  
 q, eadem ratione appetimus coniunctionem  
 boni, et separationem mali. ergo appetitus huius  
 ius separationis non minus dicitur doloris causa  
 Sed contra est Augustinus in. 3. lib. de lib. arbi.  
 Dicendum q, es modo, qui concupiscentia vel  
 cupiditas boni est causa doloris, etiam appetitus  
 unitatis vel amor causa doloris ponendus est.  
 q, bonum et perfectio unitatis cuius q, rei in qua  
 tam unitate consistit. Ad. 1. Rr q, dolor non  
 causat ex appetitu cuiusvis unitatis, sed eius in  
 qua consistit perfectio naturae / Ad. 2. q, in separa-  
 tione potest esse aliqua unitas adiuncta, et per eam  
 potest separari remoueri aliquid contrarium per  
 fec



Summula d. Thome.

fectionis. Ad. 3. q. appetimus separationem  
nocuorum, q. appetimus unitatem convenientes

Ar. 4. Vm potestas cui non potest resisti  
sit causa doloris?

E uidet q. non q. quod est in potestate adhuc  
est futurum. ergo non causat dolorem. 2. q.  
etiam a potestate minori potest inferri <sup>quid</sup> nocu-  
mentum. 3. q. potestas maior est causa extrin-  
seca, ergo non causat cause autem motuum  
appetitivorum sunt interiores inclinationes  
animi. Sed contra est August. in lib. de natu-  
ra boni. Dicendum q. id quod id est causa  
coniunctionis mali est causa doloris, quod autem  
est contra inclinationem alicuius, nunquam ad-  
venit ei nisi per actionem alicuius fortioris  
potestatis. que (nisi tantum invalescat q. mis-  
cet contrariam inclinationem, in inclinatione  
propria) est causa tristitiae. Ad. 1. R. q. non  
causat dolorem nisi prout agit in actu. Ad. 2.  
q. causa potestas ut nocuamentum inferat, si  
non simpliciter, in aliquo tamen maior sit, ne-  
cesse est. Ad. 3. q. exteriora agentia causant  
presentiam obiecti, et sic etiam.

Q. 37. de effectibus doloris seu  
tristitiae in quatuor art. diuisa.

Ar. 1. Vm dolor auferat facultatem ad dis-  
cedi? E uidet q. non. 1. q. Isai. 26. dicit  
in tribulatione murmuris doctrina tua eis. 2.  
q. Isai. 28. dicit. docebit scientiam abstractam.

a



a Salute amulos ab uberibus. et eich. n. dicitur  
 q. malitia unius horae oblivionem facit luxu-  
 ris maxime | 3<sup>o</sup> q. cum tristitia interiori po-  
 test. Somno addiscere, ergo multo magis cum  
 dolore corporali. Sed contra est Augustinus  
 in lib. soliloquiorum, loquens de dolore den-  
 tium, qui afflictabat. )

Dicendum q. omnes potentiae animae in u-  
 na animae essentia radicanur, ac proinde qu-  
 ando intentio animae vehementer trahit  
 ad operationem unius potentiae, retrahitur  
 ab operatione alterius. unius enim animae  
 non potest esse nisi una intentio, cum ergo do-  
 lor sensibilis maxime ad se attrahat intē-  
 tionem animae, impedit eam ne deorsus ad-  
 discat, immo ne et iam scita consideret sicut  
 nimis intentus, respectu amoris, quem quis ha-  
 bet ad <sup>id.</sup> sciendum, vel considerandum. Ad. 1<sup>o</sup>  
 R. q. procedit de tristitia moderata, quae  
 excludit exagitationem animae, haec enim po-  
 tius iuvat, q. retrahat. Ad. 2. q. tristitia  
 moderata iuvat potius ad addiscendum per  
 accidens, in quantum sibi auferit superabun-  
 dantiam delectationum (quae etiam impedi-  
 unt ut dicitur est) sed per se impedit. Ad. 3  
 q. dolor corporalis magis impedit contem-  
 plationem, q. est cum maiori transmutatione cor-  
 porali adiuncta, quamvis secundum illud qu-  
 od est formale in dolore, dolor interior sic ma-

107 Ar. 2. Vm' aggrauatio animae sit  
 effectus tristitiae, vel doloris?

EF



Summula d. Thomae

Et videtur quod non. 1. quod Apostolus 2. corinth. 7. ait  
ecce hinc ipsum contristari vis, secundum deum  
quantum in vobis operatur sollicitudinem, sed  
defensionem est. / 2. quod delectatio dilatat  
ergo a contrariis tristitia restringit, et non  
aggravat / 3. quod ad tristitiam magis perti-  
net omnino absorbere, ut dicitur 2. ad corinth.

Sed contra est auctoritas Gregorij, Niceni, et  
Damasceni / Dicendum quod, proportionabi-  
liter ad motus et inclinationes naturales  
philosophandum est in moralibus, et propterea  
tristitia quatenus impedit motum voluntatis  
tanquam pondus aggravat eam, et si intantum  
exerescat, quod excludat spem evadendi tunc  
simpliciter impedit etiam motus interior a-  
nimae angustiat, immo et quandoque impedi-  
t ipse motus exterior corporis, ita ut homo re-  
maneat stupidus in seipso. Ad. 1. quod tristitia  
erigit potius ex spe adiuncta remissionis  
peccati. / Ad. 2. quod ex hoc quod animus aggravatur  
tunc ne extra egrediat, in seipso restringitur.  
Ad. 3. patet, absorbet enim cum spes evaden-  
di excludit, et tunc etiam aggravat; quae  
enim metaphorice dicuntur, non sunt intan-  
to vocabulorum rigore accipienda.

Ar. 3. Vm tristitia vel dolor debilitet

omnem operationem  
Et videtur quod non. 1. quod ex auctoritate Apostoli  
adducta videtur 2. cor. 7. quod causat sollicitudi-  
nem / 2. quod ne dicitur 7. ecclesie. tristitia immul-  
tis causat concupiscentiam. Secunda enim iuratur

ad

malum praesens



ad operandum cum intentione) 3. q. lugere  
 est propria operatio tristitium, ergo ex tristitia au-  
 getur) Sed contra est philosophus, in 10. eth.  
 dicendum, q. operatio ad tristitiam dupliciter  
 potest comparari. scilicet vel sicut ad id de quo est  
 tristitia, et ita tristitia quamlibet operationem  
 impedit. alio modo sicut ad principium, et ad  
 causam. et sic necesse est q. operatio talis ex tris-  
 titia augetur. Sicut quarens aliquis magis tris-  
 titiae de re aliqua, tanto magis vniat ad expelli-  
 endam tristitiam, dummodo remaneat spes ex-  
 pelliendi; alioquin nullus motus, vel operatio ex  
 tristitia causaretur. Per haec patet solutio  
 ad obiecta.

Ar. 4. Vm tristitia magis noceat cor-  
 pori, q. aliae animae passiones?

Et videtur q. non. 1. q. tristitia habet esse spiri-  
 tuale in anima, nec sufficit causare transmu-  
 tationem corporalem, sicut etiam nullum cor-  
 pus coloratur ab speciebus colorum, quae sunt  
 in aere. ergo) 2. q. si nocet erit ratione cor-  
 poralis transmutatorius, at haec ab omnibus  
 animae passionibus causatur) 3. q. ira et vniu-  
 pudentia insanas faciunt (quibus nihil deterius  
 vis est) et desperatio (ne pote causat tristitia) est  
 magis noxia. Sed contra est. proverb. 17. spiritus  
 tristis exsiccat ossa. et ps. 22. et eccles. 3. d. a tris-  
 titia festinat mors) Dicendum q. si humana  
 vita consistit in quadam motione, quae a corde  
 in cetera membra diffundit, haec autem motio si  
 procedat ultra debitam mensuram (quod contin-



^ Huiusmodi pas-  
siones vitam

gere potest ex nimis amore aut desiderio aut  
gaudio) repugnat vitæ secundum mensuræ qu-  
antitatem q̄ nisi in uerit secundum suam speciē,  
Passiones autem, quæ important motum appe-  
titus cum fuga, uel retractione quadam repug-  
nant uitali motioni, non solum secundum qua-  
ntitatem, sed etiam secundum speciem motu, ut  
timor desperatus, et pessimibus tristitia, quæ  
aggrauat animum ex malo presenti, cuius  
impressio est fortior, q̄ futuri.

Ad. 1. Rr q̄ anima naturaliter mouet corp-  
et sic est causa corporales transmutationis eius  
neq̄ est simile de spiritualibus intentionibus.  
Ad. 2. q̄ alie passionis habent transmutationē  
corporalem conformem secundum suam speciem  
motu uitali, sed tristitia contrariam uel dictam  
est | Ad. 3. q̄ ex leuiori causa impeditur usus ra-  
tionis q̄ tollat vitæ, p̄ter q̄ quod ipsa etiam tr-  
istitia quandoq̄ rationem aufert. quoniam et timor  
et ira maxime mouent ex permissione tristitiæ.

C. 38. De remedijs Tristitiæ, seu do-  
loris in quinq̄ art. diuisa

Ar. 1. Vm̄ dolor uel tristitia mitigetur  
per quamlibet delectat.

Et uidet q̄ non. 1. q̄ medicatio fit a contrario  
at non quilibet delectatio contrariat cuiuslibet  
tristitiæ. 2. quoniam uel dicit q̄ et sic. malis  
tristat quoniam delectat q̄ est. ergo non quilibet  
delectatio mitigat tristitiam immo causat eam.  
3. q̄ August. in. 4. confess. ait q̄ loca in quibus cū  
anni



amico mortuo fuerat delectatus, erant illi tristitia,  
 et onerosa. Sed contra est Philosophus. in. 8.  
 ethic. Dicendum q. siue quolibet quies corpo-  
 ris remedium affert contra quamlibet fatigatio-  
 nem ex quacumq. causa innaturali prouenientem,  
 ita quolibet delectatio remedium affert ad miti-  
 gandam quamlibet tristitiam ex quacumq. pro-  
 cedat / Ad. 1. q. quolibet delectatio con-  
 trariae cuiuslibet delectationi si non secundum spe-  
 ciem, saltem secundum genus; et ides ex parte  
 dispositionis subiecti, quolibet tristitia, per qua  
 libet delectationem mitigari potest. Ad. 2. q.  
 mali proueniunt de malis, in quibus letati sunt; et  
 siue etiam tristitia subuenit per contrarias de-  
 lectationes / Ad. 3. q. quando sunt duae causae  
 ad contrarios motus inclinantes, utraq. alteras  
 impedit, et tamen illa finaliter vincit, quae  
 fortior est et diuturnior. Unde ibi post pauca  
 subdit Augustinus, q. pristinus generibus de-  
 lectationum egrediebatur dolor eius.

Ar. 2. Vm dolor uel Tristitia miti-  
 getur per fletum?

Et uidetur q. non. 1. q. potius est effectus eius,  
 2. q. risus non minuit letitiam, 3. q. in fle-  
 tu representat nobis malum contristans / Sed  
 contra Augustinus. Dicit in morte amici solus  
 mihi fletus dulcis erat. Dicendum q. per fletum  
 tristitia mitigat. dupliciter, primo quatenus no-  
 ciuum ad exteriora diffundit, uel communicat  
 Secundo, q. semper operatur conueniens homini se-  
 cundum dispositionem in qua est, est ei delecta-  
 bilis



Summula. d. Thomae

Ad. 1. R. q. Habitudo causae ad effectum contrari  
ae Habitudo contristantis ad contristatum. et  
sic mitigat tristitia per effectum tristitiae. Ad  
2. q. omne simile auget suum simile, nisi ueni  
mictus in excessu. Ad. 3. q. imaginatio rei con  
tristantis de se auget tristitiam, sed secus est se  
euidum q. homo imaginat se facere illud, quod  
sibi in illo statu conuenit. et eadem ratione do  
let quis, si sibi risus subrepat in statu quo sibi  
legendum uidet

Ar. 3. Vm dolor et Tristitia mitigentur  
per compassionem amicum?

Et uidet q. non q. ut dicit Aug. 8. confess. quan  
do cum multis gaudeo uberius est gaudium. er  
go ex compassione etiam aliorum magis au  
get tristitia | 2. q. rependendo vicem amico  
condolenti (ut inquit August. 4. confess.) Du  
pliciter potius dolor | 3. q. dolor amici con  
dolentis est quasi malum proprium | Sed con  
tra est Philosophus in. 9. ethic. | Dicendum ex  
Philosopho hoc modo allegato. q. amicus condo  
lentis in tristitia est consolatiuus. dupliciter. 1.  
q. quasi supponit aggravationem et oneri ami  
ci ad portandum eum illis. et sic contristatus  
apprehendit. et sic alleviatur. 2. q. percipit se  
ab amico diligi. et hoc est delectabile, et per con  
sequens mitigat tristitiam. | Ad. 1. R. q. eti  
am ex compassione cognoscit amicitia. et percipi  
t delectatio sicut ex congaudio | Ad. 2. q. p. p. d. c.  
tra consideratus est qui delectat | et sic patet ad. 3.

Ar. 4. Vm per contemplationem ueri  
tatis dolor et Tristitia mitigentur?







## Summula d. Thome

qz ubi capite mitigare tristitiam et dolorem.  
Ad 1. R. q. ut cuiqz sine sunt delectabilia / Ad  
2. q. delectatio<sup>nis</sup> tristitiam mitigat, etiam si se impe-  
diant, et sint contrarie, ut dictum est / Ad 3. q.  
bona dispositio corporis redundat ad cor, sicut ad-  
principium, et finem.

### Questio 39. de Bonitate & malitia Tristitia, seu doloris in 4<sup>o</sup> ~ Articulus diuisa ~

Ar. Primus Vm omnis tristitia sit mala?  
Et videtur q. sic. dicit enim gregor. niceen. omnis  
tristitia malum est sui ipsius natura / 2<sup>o</sup> q. om-  
nes quantumvis virtuosus fugiunt tristitiam  
qz ipsi non amant delectationes, ut dicit. in. 7.  
et sic. / 3<sup>o</sup> q. omnis dolor corporalis est malus  
corporis, ergo omnis tristitia spiritalis est ma-  
lum anime. Sed contra est q. delectatio de  
malo est mala, ergo tristitia de malo est bona.  
Dicendum q. tristitia absolute simpliciter et  
secundum se est quoddam malum per quod im-  
pedit quies appetitus in bono. est tamen bona  
ex suppositione contrariabilis. Sic enim suppo-  
sitis si quis non dolet, aut non sentit, aut non re-  
pucat illud, ut sibi repugnat, quorum uerumqz  
manifeste est malum. et hoc dicit August. 8. sic  
per genes. ad literam. / Ad 1. R. q. gregorius  
niceen. loquitur de tristitia ex parte mali tristitatis  
non autem ex parte sentientis, et repudiantis  
malum. / Ad 2. et 3. patet ex dictis.

Ar. 2. Vm Tristitia possit esse bonum  
Honestum?



Et videtur quod non. i. quod ad inferos deducit ut in sinu  
 ut Augustinus. 17. super genes. ad literam loquens  
 de Jacob. / 2. quod diminuit meritum. Silarum  
 enim datorem diligit deus. / 3. quod tritari de  
 his que accidunt, est non confirmari diuine pro  
 uidentie, cui omnia subiacent. / Sed contra  
 est, quod matth. 5. dicit beatus qui lugent: Dicē  
 dum quod tristitia est bonum <sup>scilicet</sup> cognitionem, et recusa  
 tionem mali, quod ~~quod~~ diu attestant rectitudi  
 nationis, et voluntatis: ac proinde ex ea parte  
 qua tristitia est bonum, potest habere rationem  
 boni bonest. / Ad. 1. R. quod Augustinus loquitur  
 de immo delectata tristitia / Ad. 2. quod procedit de  
 tristitia de bono, hęc autem procedit ex ratione  
 et voluntate peruersa, ut cum quis ex tristitia  
 facit elemosinam. / Ad. 3. quod bonum non tenet  
 et confirmari des in voluto, sed in modo uolendi  
 taliter, quod non contraueniat ordini diuini iustitie

Ar. 3. Vm Tristitia possit esse bonum  
 Utile?

Et videtur quod non. i. quod eccl. 3. dicit quod occidit in  
 uultu, et non est utilitas in illa / 2. quod non est ad  
 aliquem finem eligibilis, ergo neque utilis / 3. quod  
 impedit operationem, ut dicit in. 10. et sic / Sed  
 contra dicit eccl. 7. cor sapientium, ubi tristitia  
 ergo est utilis / Dicendum, quod ex malo presenti  
 conuergit duplex motus in appetitu, alter, qui  
 contrariatur malo; alter, qui fugit <sup>illud</sup>, et ex parte  
 huius secundi motus tristitia est utilis, siue ma  
 lum sit securidum se fugiendum, ut peccatum:  
 siue quod est uocatum malum, et tunc germinat fugiendi  
 causa, tum quod ipsum malum fugiendum est, tunc



## Summula d. Thomae.

quod ipsam tristitiam omnes secundum se fugiunt.  
ac proinde tristitia in omni fugiendo est utilis.

Ad. 1. R. q. procedit de immoderata tristitia.

Ad. 2. q. licet eligibile fiat minus eligibile<sup>quodlibet</sup>  
propter tristitiam, quod libet tamen fugiendum  
fit magis fugiendum propter eandem / Ad  
3. q. tristitia de cessatione operantis facta  
videtur operari.

Ar. 4. Vm dolor corporis sit summum  
malum?

Unde q. sic quod optime contrariatur pessimus,  
ac dat optima delectatio, ut dicitur est, ergo,

2. q. beatitudo, quae est summum bonum con-  
sistit, in hoc q. beatus habeat quidquid vult

ergo et contra tristitia quae contingit contra  
voluntatem erit summum malum / 3. q. ut

arguit Augustinus in primo soliloq. summum  
bonum hominis est melioris partis eius (scilicet

animae) optimum. ergo summum malum est de-  
terioris partis (scilicet corporis) pessimum, quod

videtur tristitia aut dolor. / Sed contra est  
q. maius malum est culpa, q. poena, tristitia au-

tem ad poenam peccati pertinet. / Dicendum  
q. nec tristitia de vere malo potest esse summum

malum (q. peius est non refutare illud, aut non  
iudicare esse malum illud, quod vere est malum.)

nec tristitia de malo apparenti, quod realiter est  
bonum, potest esse summum malum, q. peius

est alienari a vero bono / Ad 1. R. q. in do-  
re vel tristitia est aliquid bonum, per cuius priva-  
tio



tionem potest fieri deterior, sed non in omni de-  
 lectione est aliquid malum, per cuius remo-  
 tionem potest fieri melior / Ad. 2. q. hoc ipsum  
 quod est voluntatem repugnare malo est aliq-  
 uod bonum, et sic tristitia semper habet admix-  
 tum aliquid bonum. / Ad. 3. q. peius est, quod nocet  
 meliori. s. h. animę. Augustinus autem inducit  
 rationem, non ex proprio sensu, sed ex sensual-  
 teris

C. 40. de Passionibus irascibilis  
 et. 1. de spe, de desperatione in  
 octo articulos diuisa.

Ar. 1. Vni spes sit idem, quod deside-  
 rium, vel cupiditas?

¶ Unde q. sic. i. q. Augustinus. in 14 de ciui-  
 enumerans quatuor animi passiones. hoc /  
 pri ponit cupiditatem. / 2<sup>o</sup> q. habent idem /  
 obiectum. s. h. bonum futurum. Si dicas q. spes ad-  
 dit supra desiderium possibilitatem adipsendum  
 contra. possibile per accidens se habet ad bonum  
 futurum, ergo non variat secundum speciem pas-  
 siones / Sed contra est q. spes est in irascibili, cu-  
 piditas autem, et desiderium in irascibilis, di-  
 uersarum autem potentiarum sunt passiones spe-  
 cie differentes / Dicendum q. species passionu  
 ex obiecto pensantur / circa obiectum autem spei qua  
 hanc consideranda occurrunt. prima q. sit bonu  
 et sic differt a timore. Secunda q. sit futurum, et per  
 hanc differt a gaudio / Tertia q. sit arduum et per hoc  
 differt a desiderio, vel cupiditate. quarta q. illud  
 arduum sit difficile adipsu. et per hanc differt a des-  
 pe

conditio-  
 nes.

possibile



Summulae Thomae

peratione. Sic ergo patet q. spes differat a deside-  
rio. sicut differunt passiones irascibilis a passio-  
nibus concupiscibilis, ac proinde supponit deside-  
rium, sicut et omnes passiones irascibilis pre-  
supponunt passiones concupiscibilis. / Ad. i. R.  
q. ponit bonum spei q. respicit bonum futurum / Ad  
2. q. obiectum spei est bonum futurum cum ardui-  
tate. / Ad 3. q. obiectum spei addit supra obiectum  
desiderij. non tantum possibilitatem sed differentiam  
adipiscendi: possibile autem, et impossibile non  
se habent per accidens ad obiectum appetitus virtu-  
tis, quae ad nihil mouet, nisi sub ratione possibilis.

Ar. 2. Vm spes sit in vi apprehensiuua  
an in vi appetitiua?

Et videtur q. in apprehensiuua, spes enim dicitur ex-  
pectatio quorundam Rom. 8. expectare autem aduim  
cognoscitiuam pertinet. 2<sup>o</sup> q. spes idem esse  
videtur cum fiducia, et fiducia est idem cum fide  
quae est in parte intellectiua. / 3<sup>o</sup> q. certitudo, quae  
attribuitur spei, est proprietas cognitiuae virtutis.

Sed contra est, q. spes est de bono, bonum autem  
uoluntate, ad appetitiuam uirtutem pertinet.

Dicendum, q. cum spes importet extensionem ap-  
petitus in bonum, manifeste pertinet ad appetitiuam  
uirtutem, supponendo alium apprehensiuam sicut  
apprehensionem boni futuri, ardui, et possibilis  
adipisci. / Ad. i. R. q. sperat quis, quod propria  
uirtute et uiribus adipiscatur, sed expectat adipiscen-  
dum auxilio alterius, ut dicat expectare, quae ex  
alio sperare, in quantum sicut uis apprehensiuapre-  
cedens, non solum respicit ad bonum, quod quis in-  
tendit consequi, sed etiam ad illud, cuius uirtute



adipisci sperat. Et sic motus sui quandoque dicitur  
 expectatio propter inspectionem virtutis cogniti-  
 vae precedentem / Ad. 2. q. denominat motus ap-  
 petitivus fiducia, a fide adipiscendi quae est in par-  
 te intellectiva precedente, sicut effectus ex causa  
 magis nota ipsi intellectui / Ad. 3. q. certitudo  
 tribuitur motui vel appetitui vel naturali, ob  
 certitudinem, aut infallibilitatem, quam ha-  
 bet ex vi cognitionis precedentis.

Ar. 3. Vm spes sit in brutis animalibus?

Et videtur q. non. q. est de futuro. bruta autem non  
 cognoscunt futura, ut pote ratione carentia / 2<sup>o</sup>  
 q. possibile et impossibile, quae consequuntur sperari  
 sunt quaedam species veri, et falsi, quae solum sunt  
 in mente / 3<sup>o</sup> q. animalia tantum moriuntur  
 visis, spes autem est de eo quod non videtur, ut dicitur  
 in Rom. 8. / Sed contra est q. spes est passibilis  
 et in brutis. Dicendum q. inter-  
 iores passionum animalium ex exterioribus moti-  
 bus apprehendi possunt, videmus autem neque  
 canem sequi quandoque leporem longe distantem  
 neque accipitrem avem, quasi non sperantes se  
 eas posse apprehendere, ac proinde in brutis videtur  
 esse spes et expectatio consequens apprehensio-  
 nem intellectus eius, qui instituit naturam / Ad  
 1<sup>o</sup>. R<sup>o</sup> q. animalia bruta ferunt infutura instinc-  
 tu naturali indito ad intellectum divinum pervenire  
 te futura / Ad. 2. q. possibile dicitur dupliciter, scilicet  
 et ut differentia veri, prout consequitur habitudine  
 praedicti ad subiectum, et prout dicitur secundum or-  
 dinem ad aliquam potentiam. sic distinguitur Philo-  
 sophus in. 5. metaph. / Ad. 3. q. ex visis presentibus

adipisci.

ms



Summula d. Thomae

inuenit animal ad futura uel prosequenda, uel  
uitanda.

Ar. 4. Vm̄ spei contrariet̄ desperatio?

Et uidet̄ q̄ non. q̄ um̄ unum est contrarium  
ad spei contrariet̄ timor. 1. q̄ contraria sunt  
circa idem, sed spes respicit bonum, desperatio ue-  
ro malum. 3. q̄ desperatio importat immobili-  
tatem, et ueluti quietem, ergo non potest opponi  
contrarietatem ad motum spei. Sed contra est q̄  
nominat̄ per contrarium spei. Dicendum q̄  
ut supra dictum est in passionibus concupiscibilis in-  
uenit̄ contrarietas secundum accessum ad contra-  
rios terminos, ut patet in amore, et odio. In passio-  
nibus autem irascibilis per accessum et recessus  
respectu eiusdem terminij: et ita circa idem bonū  
cum possibilitate adipiscendi est spes, circa quod  
est desperatio si representat̄ ut impossibile ut  
dicit̄ in 3. ethic. ) Ad 1. R. quia contrarietas  
est ex parte obiectorum. scilicet boni, et mali, secundū  
q̄ deriuant̄ a passionibus concupiscibilis. Ad 2.  
q̄ desperatio non respicit malum sub ratione ma-  
li. Sed per accidens quandoq̄ respicit malum, in  
quantum facit impossibilitatem adipiscendi, pot-  
est autem esse desperatio ex solo super excessu bo-  
nij. Ad 3. q̄ desperatio non importat solam pri-  
uationem spei, immo sicut et spes supponit deside-  
rium, et dicit̄ recessum a re desiderata propter q̄  
timet̄ impossibilitatem adipiscendi eam.

Ar. 5. Vm̄ causa spei sit experientia?

Et uidet̄ q̄ non. i. q̄ experientia pertinet ad uim  
cognitiuam ut innuit̄ in 2. ethic. 2. q̄ Philo-  
sophus dicit in 2. ethic. q̄ senes sunt difficili spei



propter experientiam / 3.<sup>o</sup> qz in 3. de celo dicit  
 qz de omnibus enunciare aliquid, quandoqz est  
 signum stultitiz; sed qz uno tenet omnia perti-  
 net ad spem magnam, stultitia uero prouenit ex  
 in experientia. ergo / Sed contra est Philosophus  
 in 3. et sic. / Dicendum qz aliquid esse causam  
 spei potest intelligi duobus modis. uno quatenus  
 rem speratam facit esse possibilem, sicut homine  
 illud, quod auget potestatem hominis. N. g. diuinitas  
 fortitudo, et etiam experientia: alio modo qua-  
 tenus facit existimare rem adipiscendam, aut  
 desideratam esse possibilem, quae antea talis non  
 appareret, et hoc facit doctrina, et persuasio quae  
 sibi, et etiam experientia, quae <sup>similiter</sup> etiam pertinet  
 modum potest esse causa defectus spei. qz tamen  
 experientia duobus modis est causa spei, et uno  
 tantum defectus ipsius, magis debemus dicere,  
 eam esse causam spei. / Ad. 1.<sup>o</sup> R. qz experien-  
 tia in operabilibus causat scientiam, et habitum  
 quo intellectualis virtus facile operatur demonstrat  
 aliquid esse possibile. Et sic causat spem / Ad. 2.  
 praeter ex dictis. et ibidem dicit, qz senibus multa  
 euenerunt in deterius. / Ad. 3. qz a ratione stul-  
 titia, et in experientia possunt esse causa spei, qua-  
 si per accideris remouendo scientiam, <sup>sicut</sup> qz experi-  
 entia est causa defectus spei.

Ar. 6. Vm in iuuenibus Et in ebriosis  
 abundet spes?

Et uidet qz non qz sunt mutabiles, spes autem fir-  
 mat sicut anchora. ad hebr. 6. / 2.<sup>o</sup> qz ea quae au-  
 gent potestatem augent spem; ebrietas autem, et  
 iuuentus habent infirmitatem adiunctam / 3.<sup>o</sup> qz



Summula d. Thomae

in iuuenibus deficit experientia, quae est causa  
spei / Sed contra est Philosophus in 3. ethic. et  
in 2. rhetoric. / Dicendum q. iuuenitus est cau-  
sa spei, q. secundum tres conditiones boni, quod  
est obiectum spei, q. iuuenes multum habent  
de futuro, et ratione caliditatis naturae habent  
multos spiritus, et in eis cor ampliat ad ardua.  
et tertio q. non sunt passim repulsam in multis,  
nec experti impedimenta in suis conatibus, de  
facili sibi aliquid reputant possibile. / Duo  
autem ex dictis tribus scilicet caliditas et multipli-  
catus spirituum, nec non et inconsideratio in-  
uenit etiam in ebrijs ac proinde sunt bonae spei,  
nec non ob eandem rationem, omnes stulti, et  
deliberatione inuidentes omnia tentant, et  
sunt bonae spei / Ad 1. R. q. licet sint muta-  
biles, reputant tamen se firmiter assecuturos  
illud, quod sperant. / Ad 2. q. habent firmiter  
potestatem secundum suam estimationem, q.  
suis defectus non cognoscunt / Ad 3. q. etiam  
in experientia est causa spei, ut dictum est.

Ar. 7. Vm spes sit causa amoris? ~  
Fundet q. non, q. secundum August. 14. de ciuitate  
dei. prima affectionum animae est amor, ergo non  
potest causari a spe / 2. q. desiderium precedit  
spem et causat ab amore / 3. q. spes causat delectationem,  
at delectatio non est nisi de amato /  
Sed contra est glossa in illud matth. 1. Abrahama  
genitum Isaac ettp. Dicendum q. spes duo respice-  
re potest, scilicet et bonum speratum, et illum per quem  
nobis fit possibile, quantum ad primum amor  
est



est causa spei, quantum ad secundum amor ab spe  
causat, qz ex eo amamus quempiam qz speramus  
nobis fore proficuum, in quantum s<sup>z</sup> credimus  
nos recitari ab ipso. Et per hoc patet solutio  
ad obiecta.

Ar. 3. Vm spes conferat ad operatio-  
nem, vel magis impediatur?

Et videtur qz impediatur, qz s<sup>z</sup> ad spei pertinet securitas  
at securitas parit negligentiam. 2<sup>o</sup> qz spes qua  
d<sup>o</sup> qz causat tristitiam, ut dicitur pro v. 14 spes, quoz  
differt affligit animam. 3. qz desperatio, quoz  
est contraria spei (maxime in rebus bellis, ut  
dicitur 2. reg. 12) adiuvat operationem, ergo spes  
potius impedit. Sed contra dicitur 1. cor. 13.  
qz qui arat in spe debet arare etc. Dicendum qz  
spes adiuvat operationem et intendit eam, tum ex  
parte obiecti, quod qz possibile non retardat, et qz  
arduum excitat attentionem, tum ex parte effec-  
tus s<sup>z</sup> delectationis, quam spes causat. Ad 1<sup>o</sup>  
R<sup>o</sup> qz spes respicit bonum consequendum, securi-  
tas autem malum vitandum, ac proinde magis  
videtur opponi timori, qz ad spei pertinere, quin  
etiam securitas diminuit rationem ardui, et ex  
consequenti rationem spei. Ad 2<sup>o</sup> qz spes perse  
causat delectationem, et per accidens tristitiam  
ut dictum est. Ad 3<sup>o</sup> qz illud fit ex adiuvata spe  
vincendi, iam fuga desperata.

Questio. 41. De Timore secundum se

In quatuor articulis diuisa.

Ar. 1. Vm. Timor sit Passio anime?

Et videtur qz non. 1. qz s<sup>m</sup> Damascenus in lib. 3. est  
vii



## Summula S. Thomae

Virtus, secundum sibilem, id est contractionem  
sentis desiderativa, ergo non est passio, quia nulla  
virtus est passio ut probat. in. 2. ethic. / 2<sup>o</sup> quod  
natus passio ex presentia agentis provenit, timor  
autem non est nisi de futuro / 3<sup>o</sup> quod omnis passio  
animae sequit apprehensionem sensus, quae non po-  
test esse futuri / Sed contra est Aug. 14. de civ. dei  
Dicendum quod ad rationem passionis primo pertinet  
quod sit motus passiva virtutis comparate ad suum  
subiectum per modum actus inveniendi, et sic senti-  
re et intelligere est quoddam pati. Secundo magis  
proprie dicitur passio motus appetitivus virtutis habentis  
organum corporale; et adhuc proprie dicitur illi mo-  
tus dicitur passiones qui important aliquod movi-  
mentum, inter quos post tristitiam, quae est de ma-  
lo presenti quod magis movet / Secundum dicitur  
sibi veridicat timor de malo futuro / Ad. 1. Per  
quod motus interiores dicuntur virtutes, in quantum  
sunt principia actuum exteriorum. Philosophus  
autem negat passionem esse virtutem, quae est habitus  
Ad. 2. quod ibi est presentia sine apprehensione a-  
nimae / Ad. 3. quod animal ex apprehensione presen-  
tis movet ad sperandum futurum bonum, vel time-  
dum futurum malum.

Art. 2. Vm. Timor sit specialis passio?  
Et videtur quod non quia Aug. in lib. 33. quod remota ti-  
more omnes videtur excludere passiones, ergo non  
est passio specialis / 2<sup>o</sup> quod Philosophus dicit in  
6. ethic. quod ita se habent in appetitu prosecutus, et  
fuga, sicut in intellectu affirmatio, et negatio,  
ac affirmatio, aut negatio, non est quod speciale  
in intellectu, ergo / 3<sup>o</sup> quod timor in. 2. dicitur ap-  
pellari a philosopho tristitia, et a Damasceno virtus  
desiderativa, ergo non est specialis passio / Sed con-



tra est Damasc. lib. 2 / Dicendum qd timor ha-  
 bet speciale obiectum. scilicet malum futurum difficile  
 ad resistendum. ac per consequens est specialis pas-  
 sio animae. sicut et spes. / Ad 1<sup>m</sup> R<sup>o</sup> qd sicut omnes  
 passionēs ~~derivatur~~ habent principium ab amore.  
 ita ratione huius connexionis remota timore re-  
 mouerentur, non quod non sit specialis passio / Ad 2<sup>m</sup>  
 qd timor non est quicquid fuga. sed ab aliquo speciali  
 obiecto / Ad 3<sup>m</sup> qd quod passionēs irascibiles derivan-  
 tur a passionibus inextinguibilibus. et terminantur  
 ad eas. timor dicitur tristitia et desiderium.

Ar. 3. Vm sit aliquis timor naturalis?  
 Et videtur qd sic quod talem uocat Damascenus, qui  
 non uult animam diuidi a corpore. / 2<sup>o</sup> quod timor  
 ex amore oritur, ac est aliquis amor naturalis, ut di-  
 citur Dionis. 4. cap. de diu. nom. ergo et timor / 3<sup>o</sup>  
 quod timor opponitur spei. est autem spes natura<sup>e</sup> ut di-  
 citur Rom. 4. de Abraham qui contra spem scilicet na-  
 turae. credidit in spem gratiae. ergo est timor natura-  
 lis / Sed contra est qd timor non dicitur in rebus in-  
 animatis. Dicendum qd aliquis motus dicitur  
 naturalis quod ad illum inclinatur natura. et hoc uel  
 taliter quod omnino ab ipsa natura perficitur sicut  
 moueri sursum est motus naturalis ignis. uel ta-  
 liter quod non perficitur nisi per apprehensionem  
 et per hunc modum potest dici timor naturalis  
 scilicet quod non iuxta primam acceptionem iux-  
 ta quam etiam amor desiderium fuga et spes  
 naturales quodam modo dici possunt, quod minus  
 exposcunt de cognitione. et sic dicitur amor natura-  
 lis in appetitu naturali radicans / Et ex his pa-  
 tet ad obiecta.

Ar. 4. Vm conuenienter assignentur  
 sex species timoris?



Summula d. Thomae

Secundum Damascenum. Sicut segricities  
erubescencia, verecundia, admiratio

Stupor, et Agonia.

Et videtur quod non. 1. quod timor est de malo contris  
tativus, ergo non sunt plures, quod quatuor differen  
tie timoris. sicut quatuor sunt differentiae tristi  
tie ut dictum est. | 2. quod timor est de malo, quod  
excedit facultatem nostram, ac segricities, erubes  
cencia, et verecundia sunt operationes nostrae  
respiciunt. | 3. quod verecundia non est de futu  
ro sed de turpi actu iam commisso | 4. quod stupor  
et admiratio, non semper sunt de malo | 5. quod  
admiratio, ut dicitur in 1. metaph. movet ad inqui  
rendum, timor autem ad fugam. Sed contra est  
auctoritas Damasceni, et Gregor. Niceni. | Dicen  
dum quod timor est de malo futuro, quod potest consi  
derari vel in operatione timeritis, vel in exterio  
ribus rebus, et in operatione quidem potest esse  
malum gravans, et causat segricities, aut ledens  
opinionem et tunc si turpitudine timeat in actu  
mittere est erubescencia, si in iam commisso est  
verecundia. Malum autem in exterioribus re  
bus tripliciter potest excedere hominis facultatem  
ad resistendum. Sicut rationem magnitudinis, et sic  
causat admiratio, aut rationem dissuetudinis, et  
sic causat stupor; aut rationem improvisionis, ut  
in inforturijs, et sic causat Agonia. ac proinde  
sex sunt species timoris. | Ad. 1. Per quod illae 4 spe  
cies assignatae tristitia, non sumuntur ex directi  
tate obiecti (sicut istae timoris) sed secundum  
effectus. | Ad. 2. quod non quod quid in sequens nostram  
operationem est in nostra potestate | Ad. 3. quod de actu  
praeterito potest timeri in vicium futurum. | Ad



4. quoniam quilibet admiratio, et stupor sunt species  
 timoris, sed prout dictum est. potest etiam dici quod  
 miratio, et stupor refugunt considerationem  
 rei magnae et insolite. / Ad. 5. R. q. admirans  
 refugit in presenti dare iudicium, de eo, quod mira-  
 turus est timens defectum, sed in futurum inquirat. Stu-  
 pens autem timet, et in presenti iudicare, et in fu-  
 turo inquirere. Unde admiratio est principium  
 philosophandi sed stupor est philosophica consi-  
 derationis impedimentum.

### Quaestio 42. de obiecto Timoris in sex articulos diuisa

Art. 1. Vm obiectum timoris sit bonum  
 uel malum? / Videtur quod sic bonum quod

aut Aug. lib. 83. q. nihil timemus, nisi ne id quod  
 amamus, aut ad optinam mittamus, aut non  
 adipiscamur speratum. / 2<sup>o</sup> quod in 2. rethor. dicitur  
 quod potentia et super alium esse est terribile, hoc  
 autem est quoddam bonum et obiectum timoris.  
 3<sup>o</sup> quod deum timere debemus, in quo nihil mali  
 esse potest. / Sed contra est Damascenus lib. 2.  
 dicendum quod cum timor fugam quandam impor-  
 tet primo et perse respicit malum tanquam propri-  
 um obiectum. potest tamen etiam respicere bonum  
 secundum quod habet habitudinem ad malum. et  
 hoc dupliciter. scilicet uel in quantum per malum  
 prouocat bonum: uel in quantum bonum est causa  
 mali: et per hunc modum deus timet ab homine  
 in quantum potest infligere poenam, et timet etiam  
 cum homo habens potestatem, maxime ad ledend-  
 um. / Per hoc patet Responsum ad obiecta



Summula 2. Thomae

Ar. 2.

Utrum malum Natura sit obiectum Timoris?

Fundat q. non. 1. q. dicit Philosophus in. 2. re  
tor q. timor consiliarius facit. non autem consi  
liamur de his, quae natura eveniunt. | 2. q.  
defectus naturales N. g. mors semper imminet  
imminent. ergo semper debet homo esse cum ti  
more. | 3. q. natura non movet ad contraria, ac  
malum natura provenit ab ipsa natura. | Sed  
contra est Philosophus in. 3. et sic ~ Duendum  
q. timor provenit ex phantasia futuri mali con  
tristatini voluntatis, vel corruptivi naturae, et  
proinde de malo natura potest esse timor. con  
tra tamen q. praedicta phantasia tollat, et tunc id  
quod remouet phantasiam futuri mali, remouet  
etiam timorem. quod contingere potest, aut quia  
malum est remotum et distans ut apprehendit  
mors in iuuenibus, aut q. estimat iam ut praesens  
ut in iam iam decapitandis sine spe exati  
nis. Et in his duobus casibus timet, et quodam mo  
do non timet. ut dicit Philosophus in. 5. rhetor.

Ad. 1. R. q. malum naturae. N. g. mors, quando  
q. provenit a causa extrinseca, et quando est ab  
ipsa natura adhuc potest per consilium differi.

Ad. 2. q. non semper imminet de praesens. Ad  
3. q. defectus naturae proveniunt a natura uni  
versali, quibus repugnat natura particularis quae  
autem potest.

Ar. 3. Utrum Timor sit de malo culpa

Fundat q. sic. 1. q. dicit August. q. timore castus  
timet homo separari a deo. Suiusmodi autem se  
paratio movet nisi per culpam. | 2. q. de culpa  
praesenti tristamur. ergo de futura erit timor. | 3.



qz spes potest esse de bono virtutis ut dicit philo-  
sophus in 9 ethic. et Paulus ad galat. 6. ergo et  
timor potest esse de malo culpa. 4<sup>o</sup> generum  
dia que est species timoris est de turpi facto.

Sed contra est Philosophus dicit in 2. theor  
q non timeat si aliquis erit iniustus, aut tardus.  
Decendum, q id quod omnino subiaceat potestati

ut est culpa  
pa  
si voluntatis non timeat ab homine, nisi qua-  
tenus ab exteriori causa potest ad eam induci

et tunc proprie non timeat culpa, sed seductio, aut  
inductio ad eam. Ad. 1<sup>o</sup>. R. q. separatio ad  
est poena peccati. Ad. 2<sup>o</sup>. q. tristitia cum sit in  
cupisibilibus respicit malum presens absolute, sive

parvum sit, sive magnum, timor autem cum  
sit in incupisibilibus respicit malum futurum cu-  
arduitate, ac proinde non de omnibus, de quibus est

tristitia cum adsunt, est timor si sine futura.  
Ad. 3<sup>o</sup>. q. timor proprie est de malo, quod non sub-  
iacet nostris potestati. spes autem de bono uti-  
per nos vel per alium adipiscendo, quale est ac-  
tus virtutis. Ad 4<sup>o</sup>. q. verecundia est non de

ipso actu peccati, sed de ignorantia, que ipsum  
consequitur, et est a causa extrinseca.

Ar. 4. Vm Timor ipse timeri possit.  
Fundat q non qz omne quod timeat timeri  
custodie ne amittat, sicut ille qui timeat amitte-  
re sanitatem, timerendo custodit eam, si que tim-  
or timeat, timerendo se custodit homo, ne time-  
at, quod videt esse inconvenerens. 2<sup>o</sup> qz nihil

fugit seipsum, timor autem est quaedam fuga.  
3<sup>o</sup> qz timor est de futuro, sed ille qui timeat iam  
sabet timorem, ergo non potest timere timore

Sed



Sed contra est q. Somo potest amare amorem //  
 et dolere de dolore. ergo et timere timorem  
 Dicendum q. timor p[ro]ut subiacet cause extrinse  
 ce. et ab ea provenit. in quantum est passus conse  
 quens phantasiam imminens malis. potest  
 timeri. sed non p[ro]ut subiacet voluntati in  
 quantum s[ed] appetitus inferior obediens rationi.

Ad. 1. R. q. secundum diversa sunt diversi timo  
 res. et sic nihil prohibet q. in uno timore p[re]ser  
 veat se quis ab alio timore / Ad. 2. q. alius est  
 timor qui timeat malum imminens; et alius qui  
 timeat ipse timor / Ad. 3. q. timore p[re]senti time  
 t futurus timor /

Ar. 5. Vm. Repentinamagis timeat?  
 Et videtur q. non. q. experientia facit ad augmen  
 tum spes in bonis. ergo et timoris in malis / 2<sup>o</sup>  
 q. Philosophus. in. 2. rethor. dicit q. magis time  
 t mittes. et astricti. q. qui acuti sunt ira. Si autem  
 subitot Sabent motu / 3. q. subitumala minus  
 possunt considerari. ergo minus timeant / Sed  
 contra est August. in. 2. confess. / Dicendum  
 q. repentinamala <sup>sicut</sup> ~~ut p[ro]pter res corporales sicut~~  
 bone sine sine mala) quomagus considerantur  
 minores apparent. et magis subtrahunt reme  
 dia timentib[us]. ac p[ro]inde. tam ex parte et magni  
 tudine malis; q. ex debilitate timentis magis ti  
 ment. Ad. 1. R. q. experientia facit Suminem  
 magis potentem ad operandum et ad p[ro]scedendum  
 ad naturam non potest esse immediate in essentia a-  
 nime nisi sit <sup>habitus</sup> supernaturalis ut gratia. Pro ut-  
 autem habitus est dispositio in ordine ad operatio-  
 nem inuenitur habitus in anima (ut determinet  
 ad unam operationem) medijs potentijs per quas ip-  
 sa operat / Ad 1<sup>am</sup> R<sup>on</sup> q essentia animi pertinet ad  
 naturam humanam, non sicut subiectum dispo-  
 nit ad aliquid aliud, sed sicut forma et natura  
 ad quam aliquid disponit / Ad 2<sup>am</sup> q, etiam in acci-  
 dentibus est ordo, ac proinde subiectum unius  
 accidentis est subiectum alterius / Ad 3<sup>am</sup> q habitus  
 proportionatur potentiae sicut completum in completo, et  
 alius potentiae, alius enim naturaliter est prior, q  
 vis potentia sit prior in ordine generationis, et  
 temporis, ut dicitur in 7. et 9. metaph.

q ipsa est comple //  
 tua humani na //  
 tura unde secun //  
 dum hoc magis po-  
 test esse aliquis ha-  
 bitus, uel dispositio  
 in corpore per ordinem  
 ad animam, q in ani-  
 ma per ordinem ad  
 corpus ~

Ar. 3. Vm in Potentijs sensitivjs partes  
 possit esse aliquis habitus?

Et videtur q non potest in potentia nutritiva, sensi-  
 tivjs autem etiam sunt irrationalis / 2<sup>o</sup> q non po-  
 tuit in brutis, in quibus etiam sunt sensitivjs po-  
 ten-



Summula 2. Thomae

tentis / 3. q. in potentijs sensitivis non sunt ha-  
bitus scientifici, quia sunt apprehensivi unice et  
salvum, ergo neq. alij habitus virtuti appetitivij  
Sed contra est Philosophus in 3. ethic. Loquens de  
temperantia et fortitudine, quas dicit esse irra-  
tionabilia partium. Dicendum quod in viribus  
sensitivis (non ut operantur ex instinctu naturae)  
sed ut operantur ex imperio rationis constituuntur  
habitus / Ad. 1. R. q. vis nutritiva nullus mo-  
do potest obedire imperio rationis, sicut rationalis  
vis carij / Ad. 2. q. bruta operantur ex instinctu  
naturae, q. si quando mansuescunt et obediunt  
imperio rationis sumantur acquirunt quosdam  
habitus similitudinarios / Ad. 3. q. appetitus se-  
sitivus natus est moveri a rationali, sed vires  
rationales apprehensivae natae sunt moveri ac-  
cipere a viribus sensitivis apprehensivis, et ides  
magis convenit q. habitus sint in viribus sensiti-  
vis appetitivis, q. in viribus sensitivis appren-  
sivis q. vis et in apprehensivis sensitivis interi-  
oribus possint admitti aliqui habitus ad bene me-  
morandum, cogitandum, et similes.

Art. 4. Vm in ipso intellectu sit aliquis ha-  
bitus?

Et videtur q. non, q. habitus operationibus confor-  
mantur, operationes autem hominis sunt conmu-  
nes animae et corpori, sed intellectus non est actus  
corporis, ergo in eo nullus habitus reperit / 2.  
q. intellectus est forma sine materia, ergo habitus  
qui habet potentiam simul cum actu quasi me-  
diante inter utrumque existens, non potest esse in in-  
tel

ac proinde q. vis  
in eis sint aliquae  
dispositiones mor-  
dine ad naturam,  
non sunt tamen ha-  
bitus in ordine ad  
operationes.



intellectu sed solum in uniuersis et inpositis ex a-  
 nima et corpore / 3. q. ex bona dispositione cor-  
 poris prouenit q. intellectus sit bene dispositus et sic  
 dicit Arist. q. malle carie, bene apte mente uide-  
 mus, ergo habitus cognoscitivi non exunt in ipso in-  
 tellectu / Sed contra est Philosophus in 6. et sic  
 qui scientiam, sapientiam, et intellectum, qui est  
 habitus principiorum ponit in ipsa parte intellecti-  
 ua anima. / Dicendum q. cum intellectus possi-  
 bilis non sit idem in omnibus (ut quidam falso ar-  
 bitrati sunt) et fiat singula cum reducit ad ac-  
 tionem singulorum, per species intelligibiles tunc  
 fit secundum actum, eo modo, quo sciens dicitur  
 esse in actu per se ipsum considerans. est igitur tunc  
 quidem potentia quodam modo, non tamen sim-  
 pliciter, ut ante adducere, aut inuenire. ipse er-  
 go intellectus possibilis est in quo est habitus scien-  
 tia, quo potest considerare, etiam cum non con-  
 siderat. q. quomodo ad modum eius est potentia, cuius  
 est operatio, ita etiam eius est habitus, cuius est o-  
 peratio: intelligere autem, et considerare est pro-  
 prius actus intellectus, ergo et habitus, quo consi-  
 derat est proprie in ipso intellectu / Ad. 1. R. q.  
 procederet secundum opinionem aliquorum ex  
 eo q. omnis operatio sumitur sic quodam modo con-  
 iuncti. Sed ueritas stat in hoc q. cum habitus sit  
 dispositio non obiecti ad potentiam, sed potentia ad  
 obiectum, oportet q. habitus sit in ipsa potentia s. in  
 intellectu possibili. et non in phantasmate co-  
 muni anima, et corpori, quod comparat ad intel-  
 lectum possibilem tanq. obiectum. / Ad. 2. q. sicut

intellectus  
 ales -

po



Summula 2. Thomae

potentia ad esse sensibile conuenit materię cor-  
porali, ita potentia ad esse intelligibile conuenit  
intellectui possibili. vnde nihil prohibet in in-  
tellectu possibili esse habitum, qui est medius in cor-  
poream potentiam, et altum perfectum. Ad. 3. q.  
¶ vires apprehensiuę interioris preparant obiectus proprios  
intellectui possibili. ~~ergo~~ idem ex bona dispo-  
sitione habitum virtutum, ad quam cooperatur bona dis-  
positio corporis. redditur habitus ad intelligen-  
dum ac proinde ~~secundarius~~ habitus intellectiuus  
secundarius potest esse in istis uiribus, principali-  
ter autem est in intellectu possibili. ~ ~ ~

Ar. 5. Vm̄ in voluntate sit aliquis habitus.  
¶ Vnde q. non. qz non operatur per aliquas speci-  
es, sicut intellectus. 2<sup>o</sup> qz in intellectu agenti rō  
ponuntur habitus, ergo neqz in voluntate, qz est  
maxime actiua, et mouet omnes potentias. 3<sup>o</sup>  
qz est determinata ad unum sibi ad bonum ordi-  
natum a ratione. Sed contra est qz habitus iusti-  
tiae est in voluntate. ¶ Dicendum, qz in volunta-  
te (ut pote potentia rationali, qz est diuersimodum  
de potest ordinari ad agendum) est constituendus  
habitui, ut bene disponatur ad suum actum, maxi-  
me qz habitus dicit ordinem principalem ad uoluntatem,  
est enim qui utitur cum uolumus.  
Ad. 1. Rr qz sicut intellectus per species intelligibi-  
les, ita uoluntas per habitus inclinatur ad suos actus  
et ad ea, ad quę non est sufficienter inclinata de  
se. et idem dixerit de alijs uirtutibus appetiti-  
uis.



Ad. 2. q. intellectus agens est agens tantum. Sed  
voluntas est mouens motum, sicut et quilibet  
alia vis appetitiva. Ad. 3. q. illud bonum ordi-  
natur a ratione multipliciter diuersificatur.

Ar. 6. Vm in angelis sit aliquis habitus?

¶ Vnde q. non. q. dicit maximus commentariorum di-  
uisi. 7. cap. de celesti Hierarchia. q. oratione accideris  
ab angelis reprobis. at habitus sunt accide-  
ntia ergo. 2<sup>o</sup> q. ut dicit Dion. c. 4. de celest. Hie-  
rarchia angelorum essentia super omnia alia deis  
ritatem participant, sed semper id quod est per se  
est prius, et potius eo, quod est per aliud. ergo ange-  
lorum essentia per se ipsas perficiunt. et hoc idem  
maximus ibi confirmare videt. 3<sup>o</sup> q. angelus sit  
simpliciter substantia. ergo non disponitur per ha-  
bitus. dispositio enim est habituum partes. Sed  
contra est Dionysius. 7. cap. celest. Hierarchia.  
dicendum. (et si quibusdam contrarium visum  
fuerit) q. in angelis sunt constituti habitus, q.  
quod in eis non sit potentia materia. est in eis  
aliqua potentia (esse enim actum primum est  
proprium dei) circa huiusmodi actum habitus ali-  
ter se habet intellectus angelicus, et aliter intel-  
lectus humanus. intellectus enim humanus cum  
sit inferior in ordine intellectuorum. est in potentia  
respectu omnium intelligibilium. sicut materia  
prima respectu omnium formarum sensibilium  
et ideo ad omnia intelligenda indiget habitu. in-  
tellectus autem angelicus non se habet sicut pura  
potentia. ac proinde in quantum est in actu per se  
ser



Sentiam suam potest aliqua intelligere adrimin  
 seipsum, et alia secundum modum suae substan-  
 tia, et tanto perfectius, quanto est perfectior. Sed  
 respectu dei, qui est purus actus indiget angelus  
 tanquam in potentia existens. Habitus tam ex par-  
 te intellectus, quam ex parte voluntatis ad pertin-  
 gendum ipsum, et sic Dionysius dicit actus es-  
 rum esse deiformes, quibus scilicet deo conform-  
 ant. Habitus vero, qui sunt dispositiones ad es-  
 se naturale non sunt in angelis, cum sint immat-  
 teriales. / Ad. 1. R. q. maximus intelligendus  
 est de habitibus, et accidentibus materialibus,  
 Ad. 2. q. in quantum indigent participare aliquid  
 ab exteriori. R. q. a deo indigent habitibus / Ad. 3.  
 q. in eis non sunt partes essentiae, sed sunt partes se-  
 cundum potentiam, in quantum intellectus es-  
 rum per plures species perficit, et voluntas eorum  
 se habet ad plura.

Quaestio. 51. De causa habituum qua-  
 tum ad generationem ipsorum, in  
 quatuor articulis divisa.

Art. 1. Vtrum aliquis habitus sit a natura?  
 Et videtur quod non quod sic non subiaceret eius usus in-  
 tentati. / 2<sup>o</sup> quod natura non facit per se, quod  
 potest facere per unum, sed potentiae animae sunt  
 a natura, sique habitus potentiarum, a natura  
 essent habitus et potentiae essent unum / 3<sup>o</sup> quod  
 natura non deficiat in necessariis, omnes habitus  
 necessarios de se produceret et omnes essent a na-  
 tura.



Sed contra est q. in .6. et sic patet intellectus prin-  
 cipiorum (inter alios habitus) qui est a natura  
 Dicendum q. aliquid potest dici naturale. vel secun-  
 dum speciem. ut risibile homini. vel secundum in-  
 dividuum ut egroratum sortis. et uterque modo  
 dupliciter scilicet. q. est totaliter a natura. aut eti-  
 am ab aliquo extrinseco principio. sic ergo si lo-  
 quamur de habitu prout est dispositio subiecti in  
 ordine ad naturam vel ad formam. quolibet pre-  
 dictorum modorum contingit habitum esse natu-  
 ralem. Sed habitus. qui est dispositio ad operationem  
 cuius subiectum est potentia animata potest esse natu-  
 ralis secundum naturam speciei (quatenus ipsa  
 potentia tenet se ex parte animae dantis esse specifi-  
 cum) et secundum naturam individui. ex parte  
 corporis. quod est materiale principium. Sed tamen  
 neutro modo contingit in hominibus esse habitus  
 naturales. ita q. sint totaliter a natura. sicut in  
 angelis in quibus sunt species naturaliter indita  
 Sunt ergo in hominibus aliqui habitus naturales ta-  
 q. partim a natura existentes. partim ab exteriori  
 principio. In apprehensivis quidem potentijs secun-  
 dum inclinationem. In appetitivis autem secundu-  
 m quosdam. quos dicunt esse seminalia virtu-  
 tum sicut principia iuris communis. ex parte enim  
 corporis sunt secundum naturam individui sunt  
 aliqui habitus appetitivi secundum inclinationes  
 naturales. sunt enim quidam dispositi ex propria  
 corporis complexionem ad castitatem. vel mansuetu-  
 dinem. vel ad aliquos suosmodi. Ad. 2. R. q.  
 procedit de natura prout dividit contra rationem et  
 voluntatem. cum tamen ipsa ratio et voluntas ad  
 na



Summula 2. Thomae

naturam hominis pertineant / Ad 2. q. si pote-  
tia angelus per se ipsam cognosceret omnia et hoc si  
multitudo, et actus omnium: quod soli deo conve-  
nit, ac proinde non omne quod pertinet ad habitus  
naturalem potest ad potentiam pertinere / Ad  
3. q. natura non equaliter se habet ad causas  
omnes diversitates habituum. et ideo non  
omnes habitus sunt naturales /

Ar. 2. Vm aliquis ab ipso cause et ex actibus  
E videt q. q. agens ex hoc q. agit potius ex se emic-  
tat q. recipit, ergo ex proprijs actibus non potest in-  
es habitus recipi et causari. / 2<sup>o</sup> q. sic idem esset  
moveris et motum, agens et patiens, si per actum  
proprium in se causaret habitum. 3<sup>o</sup> q. habitus no-  
bilior est q. actus procedens ipsum (q. nobilior  
actus producit) ergo non potest ab eo causari //  
Sed contra est Philosophus. in 2. et sic / dicen-  
dum q. in agente quando q. est solum principium  
actuum suorum, ut in igne ad calefaciendum et  
q. hoc actus non causat habitus. Invenitur autem  
aliquid agens in quo est principium actuum, et  
passivum sui motus, sicut patet in actibus huma-  
nis, et in his contingit aliter, nam habitus virtutum  
moralium causantur in appetitivis potentijs secun-  
dum q. moventur a ratione, et habitus scientiarum  
causantur in intellectu secundum q. moventur a primis  
propositionibus / Ad 1. R. q. agens motum causat  
et recipit habitum / Ad 2. q. secundum diversa i-  
dem potest se ipsum movere / Ad 3. q. actus proce-  
dens habitum in quantum procedit a principio ac-  
tus

actus nobilior q. sic ipse  
habitum generat.



22092

habitus

nobisiori  
tius (sicut voluntate auctoris) quod sit ipse habitus  
genitus. sicut a voluntate. Et intellectu principio

in intellectu prin  
cipium

Art. 3. Vm per unum actum possit gene  
rari habitus?

quidem

intellectus

Et videtur quod sic. 1. quod per unum actum demonstra  
tionis scientificae generatur habitus scientiae. 2.  
quod actus crescit per intensiorem sicut et per mul  
tiplicationem. ergo unus actus intensus causat  
habitum. 3. quod sanitas et egritudo sunt habitus  
sed ex uno tantum actu contingit hominem sa  
nari, aut egrotare, ergo. Sed contra est Philo  
sophus in 1. et sic. dicens quod neque una iterum neque  
una dies facit verum. Dicendum quod habitus generatur  
per actum in quantum potentia passiva movetur ab  
aliquo principio activo, quod si vero actu vincat pas  
sivum assimilabit illud sibi, ratio autem quae est  
principium activum non potest unum actu vince  
re appetitivam potentiam, ex quo appetitiva poten  
tia habet se diversimode ad multa, et ideo habitus  
virtutis non potest causari per unum actum. In  
apprehensivis autem potentibus et intellectu passi  
bili uno actu vincit potentia per propositiones  
res per se rotas et causari habitus scientiae. In passi  
vis autem ut Aristoteles vocat rationem particula  
rem sicut vim vegetativam cum memoria. et  
imaginativa ad generationem habitus necesse est  
actus multiplicari. habitus vero corporales possibi  
le est causari ex uno actu, si activum fuerit mag  
na virtutis, sicut quandoque medicina fortis statim  
inducit sanitatem. Et per hoc patet Responsio ad  
obiecta



Summula d. Thomae

Ar. 4. Vm aliqui habitus sine hominibus  
infusi a deo?

Respondetur quod. quod deus equaliter se habet ad omnes  
ergo si infundit habitus aliquibus, infundet et o  
mnibus. 1. quod deus operatur secundum modum  
convenientem naturae, at habitus a natura cau  
santur, ergo nullus habitus erit infusus. 2. quod per  
habitum infusum produceret homo alius qui ge  
neraret alium habitum similem praesistenti, duo  
autem forma eiusdem speciei non possunt esse in  
eodem subiecto. Sed contra dicitur ezech. 15. imple  
uicem dominus spiritu sapientiae, et intellectu.  
Dicerendum quod habitus qui disponunt ad finem exce  
dentem facultatem humanam naturam, quae est ulti  
ma, et perfecta hominis beatitudo, taliter infundit  
deus quod naturaliter acquiri nequeunt, ut sunt vir  
tutes gratuita. Aliis tamen habitus infundit (ut  
scientiam linguarum et scripturarum, quam immu  
nicavit apostolus) quae naturali virtute possunt ac  
quiri, et causari. Ad. 1. Respondeo quod deus quantum  
ad suam naturam equaliter se habet ad omnes, sed  
secundum ordinem suae sapientiae certaratione que  
dam tribuit aliquibus, quae non tribuit omnibus.  
Ad. 2. quod deus quaedam operatur praeternaturam, nihil  
autem contra id, quod natura convenit. Ad. 3. quod  
illi alius ab habitu infuso procedentis non generant  
alium habitum, sed praesistentem corroborant, si  
cut et medicinalia remedia ad sibi hominis san  
tu per naturam, non causant aliquam sanitatem  
sed sanitatem prius habitam corroborant et confir  
mant.

2



Questio. 52 de causa habituum  
in tres articulos diuisa -

Articulus 1. <sup>An</sup> habitus augeantur ~

videt q. non. primo q. augmentum solum est  
circa quantitatem. 2. q. habitus est perfectus  
importans finem. ergo nequit augeri. 3. q. in  
habitibus non est alteratio. Sed contra de habi-  
tibus fidei. dicit Lucq. 17. adauge nobis fidem -  
dicendum q. sicut in corporalibus aliquid di-  
citur magnitudo secundum quantitatem habitus quae  
quantitatem. sic in spiritualibus magnitudo uoca-  
tur quod ad debitam perfectionem deuenit per-  
fectus autem formatus dupliciter considera-  
tur scilicet secundum ipsas formas. et secun-  
dum participationem subiecti. sed perfectus  
specifica inindivisibile consistit. q. si recedi-  
t ab illa. uel in plus. uel in minus fit alia spe-  
cies. ut euenit in numeris; illi ergo formae se-  
cundum se determinatae habent rationem  
quae nec excedere. nec deficere possunt. si eade-  
species remaneat. quae ex se. uel secundum a-  
liquod sui speciem sortuntur sicut color. et dul-  
cedo. quae etiam non dicuntur in ordine ad ali-  
quod aliud. sed formae. quae speciem sumunt  
ab aliquo. ad quod ordinantur ut motus et sa-  
ritas diuersificantur in maius. et minus. et ta-  
men permanent unius rationis specifica. et  
huiusmodi possunt secundum se ipsas augeri  
uel minui. et non prima. Sic etiam conside-  
randas formas secundum participationem sub-  
iecti. quaedam augeri. uel minui possunt. et



Summula d. Thomae

quodam non. nam forma substantialis non recipit magis. aut minus. cum de se speciem. sed id a quo species sumit oportet esse fixum et stabile. et quasi indivisibile. quantitas autem et figura. immediate substantiam sequuntur. ac proinde. nec ipsae recipiunt magis. uel minus. ob proproinquitate ad substantiam. sed qualitates a substantia magis remote. quae nunquam actus sui. et passivum. ut sanitas et albedo. uel quae ad pauca se extendunt ut scientia recipiunt magis et minus secundum diversam participationem subiecti. nam et scientia dicitur maior uel minor pro ut ad plura. uel ad pauca extendit. Et etiam secundum diversitas de participat

Ad. 1. ergo Rr q. nomen ~~magnitudinis~~ augmenti derivat etiam ad formas intelligibiles cuius terminus est magnus

Ad. 2. q. habitus est perfectus non tamen datus esse perfectum subiecto. nec in sui ratione terminum includit.

Ad. 3. q. alteratio primo quidem est in qualitate totius speciei sed potest per posteriori reperi in qualitatibus primae speciei.

ad alterationem enim secundum calidum et frigidum. sequit animal alterari secundum sanum et egrum

Articulus 2. Vm habitus augeantur per additionem?

Respondet sic. Primo. quod augmentum in quantitate non fit sine additione | 2. quod habitus non augeat nisi ab agente aliquo producente in passivo



3. P. sicut id quod non est album est in potestate ad album. ita minus album ad magis album.

Sed contra est Philosophus in 4. phys. dicens q. ex calido fit magis calidum. nullo facto in materia calido.

Dicendum q. sicut forme et habitus secundum se non augentur, sed ex parte subiecti. ita neque additionem suscipiunt secundum se. sed secundum participationem subiecti, in quantum scilicet subiectum ex intentione agentis, magis, vel minus participat eandem formam aut ad plura se

Ad. 1. R. q. etiam in magnitudine corpora li contingit augmentum absq. omni additione. sicut patet in his que ralesunt. ut dicitur in 4. phys. | Ad. 2. q. causa <sup>agens</sup> habitum semper facit aliquid, ~~minus in forma~~ sed q. subiectum perfectius <sup>est</sup> in se existentem participet | Ad. 3. q. minus album non est in potentia ad novam formam, sed ad perfectum forme participationis modum.

Articulus 3. Vm quilibet altus auget habitum?

Respondet q. sic. q. altus causant habitum et multiplicata causa multiplicat effectus | 2. q. sic si qui altus augent. argo quilibet q. sunt similes. 3. q. ~~quilibet altus est similis suo habitui et omnine simile suo simili auget~~ | Sed d. est q. 2. et si dicit altus negligenter procedentes ab habitui dimittere illum |

Dicendum q. non quilibet altus auget habitum



Summula 2. Thomae

quod usus habituum in voluntate hominum con-  
sistit. sicut ergo contingit quod habens habitum  
non utat illi, vel quod exeat in alium contrarium  
ita potest contingere quod non utat habitu non se-  
cundum proportionem correspondentem in te-  
sioni habitus. si ergo intensio actus proportiona-  
le intensio habitus sic quod super excedat, augetur illud  
si aequat disponit ad augmentum, si deficit ad  
diminutionem habitus. et ex his patet solu-  
tio ad argumenta.

Quaestio. 53 De corruptione  
et diminutione habituum in tres  
articulos diuisa.

Art. 1. utrum habitus corrumpi possit?

Respondet quod non quod habitus inest sicut natura -  
hinc autem manente subiecto corrumpi nequit

2. quod saltem habitus sciens nega contrarium quod spe-  
cies intelligibiles sibi non contrariantur, nega ad cor-  
ruptionem intellectus (qui est incorruptibilis) de  
subiecto scilicet

3. quod virtutes permanentiores sunt quam discipli-  
nae ut dicitur i. et sic. sed scientia nec motu ani-  
mae (quae parte moueri non potest) nec motu cor-  
poris (qui ad animam pertinere non potest) cor-  
rumpitur. ergo / sed contra est Philosophus in  
2. et sic /

Dicendum quod habitus qui habent aliquid con-  
trarium, id est ex parte sua, vel ex parte suae cau-  
sae corrumpi possunt per se; si vero non habeant  
contrarium non possunt per se corrumpi. Un-  
de



Unde si aliquis habitus sit in intellectu a  
 gerente erit incorruptibilis perse et per accidens  
 species enim intelligibiles in intellectu possi-  
 bile existentes, non habent aliquid contrarium  
 neq; verum in intellectu agente. qui est cau-  
 sa eius, tales namq; sunt habitus primarij  
 principiorum. tam speculabilium q; practiorum  
 qui nulla obliuione. uel deceptione corrup-  
 pi possunt. Sed si sit aliquis habitus cuius cau-  
 sa contrarium habeat talis corruptibilis est  
 per accidens. cum inhzreat corruptibili subiec-  
 to. aut perse sicut scientia. que ex uero ratio-  
 nis processu. ex falsa et fallaci ratiocinatione  
 corrumpit

Ad. 1. Quod habitus non omnimode sed aliqui  
 aliter assumptae naturae. ac proinde difficile  
 remouet. / Ad. 2. q. sufficit q. amissionem  
 et processum rationis de aliquid contrarium -

Ad. 3. q. scientia remouet per motum corporale  
 non quod ad radicem habitus. sed quantum ad im-  
 pedimentum atq; indiget enim intellectu uir-  
 bus sensitiuis. dicunt autem uirtutes perma-  
 nentiores qz earum usus continuus est per to-  
 tam uitam. disciplinarum non item.

Ad. 2. Vm habitus possit diminui?

Et uidet q. non. qz ut forma simplex ergo  
 diminui potest. diminui nequit / 2. qz si secu-  
 dum se diminui possit. sequeretur q. ut prescinderet  
 a subiecto. haberet aliquam proprietatem. et es-  
 set ab eo separabilis. / 3. qz habitus secundum se  
 habet esse in subiecto. ergo si secundum se non remit-  
 t. neq; prout est in subiecto / Sed contra ut qz prout



Summula d. Thomae

test augeri. ergo et minus / Dicendum q. habitus diminui possunt. sicut et corrupti. Diminutio enim sua est ad corruptionem. Diminui ergo possunt dupliciter. sicut et augeri. prout supra dictum est.

Ad. 1. R. q. augere non ut forma simplex est. sed sed prout dicitur modo in subiecto participat.

Ad. 2. q. bene ponimus quamdam diminutionem essentiae habitus. non principiatam ab habitus. sed a participante / Ad. 3. q. accidens siue in abstracto. siue in concreto dicitur dependentiam ad subiectum. quod in abstracto inuenitur ab accidente ad subiectum. in concreto a subiecto ad accidens. Unde quod conuenit accidentibus ex parte subiecti. non attribuit eis in abstracto. et siuismodi est intensio. et remissio.

Ar. 3. Vm habitus corrumpat uel minuat per solam cessationem ab opere?

Et uidet q. non. qz passibiles qualitates per cessationem non corrumpunt. ergo neqz habitus. qui sunt permanentiores / 1. qz cessatio non importat causam aliquam inuenientem ergo nec corrumpentem aut diminuentem / 2. qz cessatio et uisus sunt supra tempus ergo ex temporis diuturnitate non corrumpunt / Sed contra est Philosophus in lib. de longitudine. et breuitate uitae. et. 3. et sic.

Dicendum q. cessatio corrumpit habitum non quasi mouens per se. sed per accidens tanqz remouens prohibentem. scilicet alium qui prohibet causas



Sas corrumpentes uel diminuentes habitus  
 qui a contrario agente perse corrumpuntur  
 uel diminuntur ut puta quando per longam  
 cessationem ab opere uirtutis produciuntur.  
 (ut necesse est) multaq; passiones et operatio-  
 nes preter modum uirtutis. et similiter acci-  
 dit ex parte habituum intellectualium, qui  
 surgunt imaginatiues extraneas. et quando  
 q; ad contrarium ducentes

Ad. 1. R. q; etiam calor per cessationem acci-  
 dens faciendo corrumpere. si per illud cresceret fi-  
 gidum, quod est calidi corruptiuum. | Ad. 2.  
 patet. q; est causa remouens prohibens | Ad. 3.  
 q; sufficit q; pars sensitiva anime subiacet  
 tempori quantum ad passiones appetitus. et  
 etiam quantum ad uires apprehensiuas

## Questio 54 de distinctio- ne habituum in 4 articulis

Sos diuisa ~

Articulus 1. Vm multi habitus possint ~

esse in una potentia ?

Fundet q; non. q; potentia et habitus distin-  
 guunt per actus | 2. q; potentia est unum sub-  
 iectum simplex a quo est habitus. sed ab uno-  
 simplici non est nisi unum. ergo | 3. q; sicut  
 corpus formatur per figuram. sic potentia per  
 habitum. sed unius corporis non est nisi una  
 figura. ergo | Sed contra est q; in uno intellectu  
 sunt habitus diuersarum scientiarum

Dicendum q; habitus qui sunt dispositiones ad na-  
 turam



Summula d. Thomae

Artem possunt pluraliter in uno subiecto, quia  
partes unius subiecti diversimode accipi pos-  
sunt secundum quarum dispositiones dicuntur  
et habitus. ut Summos ad sanitatem totius,  
et macies uel fortitudo in partibus simila-  
ribus. Ag. neruis. ossibus et carne in ordine ad  
naturam. Si uero loquamur de habitibus qui  
sunt dispositiones ad opera et proprie per-  
tinent ad potentias, sic etiam contingit plu-  
res habitus esse unius potentiae, quia unus habitus  
habere potest cum enim subiectum habitus  
sit potentia passiva in qua habitus generat  
talis potentia moueri potest a multis obiec-  
tis. Ad. 1. R. q. diuersitas subiectorum secun-

in naturalibus

dum genus (quae sumit a materia) facit diuer-  
sitatem potentiarum. diuersitas uero subiec-  
torum secundum speciem (quae in naturalibus  
sumit a forma) facit diuersitatem actuum  
secundum speciem, et per consequens habituum  
qui diuersi possunt esse in eadem potentia.

Ad. 2. q. potentia est multiplex uirtute quam-  
uis sit simplex secundum essentiam. Ad. 3. q. per  
pres ~~terminat~~ formam per figuram sicut per pro-  
priam terminationem. habitus uero non est  
terminatus potentiae, sed dispositio ad actum sicut  
ad ultimum terminum, et proinde intellectus non  
potest actu multa inordinata simul intellige-  
re. potest tamen simul habitus multa scire.

Ar. 2. Vm habitus distinguantur secun-  
dum obiecta?

Unde q. non q. eadem scientia medicina est

circa



circa contraria scilicet sanum et egrum -  
 2. q. diuersa scientia, ut pote naturalis et  
 astrologica. demonstrant unum et idem scilicet  
 terram esse rotundam | 3. q. idem actus  
 potest pertinere ad diuersos habitus virtu-  
 tum. ut dare eleemosinam pecuniam prop-  
 ter deum ad charitatem. et obsequendum de-  
 bitum ad iustitiam | Sed contra est q. alius  
 distinguunt per obiecta. ergo et habitus qui dis-  
 ponunt ad alius |

Dicendum q. habitus ut sunt quaedam for-  
 me distinguunt specie secundum communem  
 rationem forme. per diuersa principia acti-  
 ua. Sed prout sunt habitus distinguunt specie  
 secundum naturam ad quam ordinantur. et  
 etiam secundum operationem consequen-  
 tem naturam |

Ad 1. R. q. sanum et egrum non sunt contra-  
 ria in esse scilicet. imo unum per alterum  
 cognoscit. | Ad 2. q. Astrologus per figuras  
 eclipsium uel alias, naturalis uero per mo-  
 tum demonstrat illam conclusionem. Diuersa  
 autem media sunt diuersa principia distin-  
 guentia habitus scientiarum | Ad 3. q. finis sunt  
 etiam obiecta. et finis in operabilibus habet se  
 sicut principium in demonstratiuis.

Ar. 3. Vm habitus distinguantur secun-  
 dum bonum et malum!

Et uidetur q. non q. idem habitus (ut diximus)  
 est contrarius | 2. q. bonum est communissim-  
 um et conuertitur cum ente. malum est priuatum  
 ergo necesse est distinguere habitus | 3. q. circa idem  
 obiectum contingit esse duos habitus bonos. aut  
 malos



## Summula d. Thomae

Sed contra est q. habitus bonus contrariatur  
habitu malo, sicut virtus vitio.

q. disponunt ad  
actus naturae con-  
uenientes.

Dicendum q. habitus s. in principia, secundum  
actus, et in ordine ad naturam distinguuntur  
specie, et hoc ultimum vel secundum conue-  
nientiam ad naturam, vel secundum dis-  
convenientiam ab ipsa, et hoc modo distin-  
guuntur specie habitus bonus et malus. aliter  
autem distinguuntur q. habitus quidam dispon-  
unt ad actus convenientes naturae inferi-  
ori, quidam ad actus convenientes naturae  
superiori, ut virtus humana, et divina.

Ad. 1. R. q. contrariorum potest esse unus ha-  
bitus q. conveniunt in una ratione. Sed ha-  
bitus contrarii non possunt esse unius speci-  
ej. Sicut idem habitus potest esse bonus et malus.

Ad. 2. q. differentia distinctiva est bonum par-  
ticulare, et malum distinguens non est pu-  
ra privatio. Ad. 3. q. circa idem potest esse  
convenientia ad duas diversas naturas, vel pos-  
sunt esse diversa repugnantia ad id quod est  
secundum naturam.

### Art. 4. utrum unus habitus ex multis habitibus constituatur?

Fundetur q. sic q. generatus habitus fit successi-  
ve explicitibus actibus. 1. q. multa assignantur  
et partes fortitudinis, et temperantiae. 3.  
q. multae conclusiones pertinent ad unam  
sententiam. Sed contra est q. habitus est for-  
ma simplex.

Dicendum q. habitus est perfectio potentiae  
ad



ad altum et per consequens quemadmodum  
 potentia ad multa se extendit prout con-  
 ueniunt in aliquo uno obiecto. sic et habitus  
 est ergo habitus multiplex ex parte eorum  
 ad que ordinat, sed quia illa plura ordinant  
 ad unum principale, ad quod respicit habi-  
 tus inde prouenit quod habitus est una simp-  
 lex qualitas non constituta ex pluribus  
 habitibus

Ad. 1. Quod successio in habitu generando non  
 est pars ad partem. sed quod subiectum non  
 statim perficitur et immobiliter proficit. )  
 Ad. 2. quod illa non sunt partes integrales, sed  
 subiective, et potentiales. ) Ad. 3. quod per se  
 quentes conclusiones non aggerant non  
 habitus. sed prout ad plura se extendit.

Questio. 55. de virtutibus quan-  
 tum ad suas essentias in quat-  
 tuor articulos diuisa.

Ar. 1. Vnde virtus humana sit habitus?  
 Et uidetur quod non. Virtus enim est ultimum  
 potentie. ~~virtus~~ ergo reducit ad potentiam  
 2. quod est bonus usus liberi arbitrij ut dicit  
 Augustinus. ergo actus. et non habitus. ) 3. quia  
 virtutibus non meremur, meremur autem vir-  
 tutibus ergo sunt actus. et non habitus. ) 4. quod se-  
 cundum Augustinum virtus est ordo amoris  
 uel ordinatio qua fueritis fruimur, et uten-  
 dis utimur. ) 5. quod virtutes naturales sunt po-  
 tentie. ergo et virtutes humane. )  
 Sed contra est Aristoteles in Eth. predicamen-  
 tary



Summula d. Thome

Dicendum q. virtus est perfectio potentie  
in ordine ad suum finem qui est actus ipsius  
unde potentie naturales que secundum se <sup>altius</sup>  
sunt determinate ad suos actus virtutes  
appellantur. potentie autem rationales que  
sunt proprie hominis, sunt indetermi-  
nate ad multa ac proinde indigent habitibus  
per quos determinantur ad actus et idem virtu-  
tes humanas habitus sunt.

Ad. 1. R. q. virtus sumitur vel pro habitu vel  
pro actu. vel pro obiecto et sic procedit argumē-  
tum q. ad obiectum extendit potentia per vir-  
tutem | Ad. 2. patet q. sumitur pro actu. |

Ad. 3. q. mereri dicimus. et actu. et principis  
actus scilicet virtutibus et habitibus | Ad. 4.  
q. procedit de eo ad quod est virtus q. per vir-  
tutem ordinat amor in nobis | Ad. 5. patet  
et ex dictis.

Ar. 2. Vm virtus humana sit ha-  
bitus operativus?

Indee q. no. q. sanitas et pulchritudo que  
sunt virtutes corporis no sunt habitus ope-  
rativi. ergo nec alie | 2. q. ut dicit Philo-  
sophus in. 1. de celo in naturalibus et virtus  
ad esse. ergo et virtus humana non solum est  
ad agere. sed ad esse | 3. q. virtus est dispositio  
perfecta ad optimum. scilicet deum. ergo per  
assimilationem et non per operationem  
Sed contra est Philosophus in. 2. et sicrum  
Dicendum q. et potentia ad esse et ad agere  
dicit virtus. illa tamen tenet ex parte ma-  
terie



^  
rationali  
lem

^  
conueni  
ti

terre. Nec autem ex parte formae et quiboniam  
formam perfectam scilicet animam constituit  
Sed in sensu esse distinctus ab alijs animalibus  
(in quibus in materia corporis. et potentijs sen-  
sitiuis communicat) id est virtus humana de qua  
loquimur pertinet tantum, ad id quod est  
proprium Animae. ac proinde non importat  
ordinem ad esse. sed magis ad agere. et per  
consequens est habitus operatiuus.

Ad. 1. R. q. virtus assimilatur pulchritudini  
et sanitati. in quantum est dispositio operan-  
tis, per hoc tamen minime excludit q. sit ope-  
rationis principium. Ad. 2. q. virtus ad esse  
non est propria hominis. Ad. 3. q. cum dei  
substantia sit eius operatio. per operationem  
(maxime beatificam) Sed in assimilatur.

Ar. 3. Vtrum virtus humana sit ha-  
bitus bonus?

¶ Uidet q. non. q. etiam in peccato est virtus  
iuxta illud Apostoli virtus peccati lex. 2. q.  
potentia se habet ad bonum et malum ergo  
et virtus quae potentiae respondet. 3. q. iuxta  
Apostolum virtus infirmitate perficitur, in-  
firmitas autem malum quoddam est. Sedis-  
tra est Augustinus. lib. de moribus ecclesiae.  
A Pseudo-philosophus. 2. ethic.

Dicendum q. virtus cuiuslibet rei determi-  
nat ad ultimum, in quod res potest, ultimum  
autem bonum esse oportet ac proinde virtus  
humana quae est habitus operatiuus est bonus  
habitue et boni operatiuus.

Ad



Sumula d. Thomae.

Ad. 1. R. q. bonum sicut et perfectum dicitur  
& metaphysice, etiam in malis) Ad. 2. q.  
cum defalturationis (ut in ebrietate) potest  
esse aliqua potentia inferior perfecta ad id quod  
est sui generis, nec tamen tunc talis perfectio  
dicitur virtus Summana) Ad. 3. q. virtus  
Summana quae rationi attribuitur, non in infirmitate  
ipsius rationis, sed corporis, et inferiorum  
partium perfici pertinet.

Ar. 4. Vtrum virtus recte definitur  
cum dicitur bona qualitas mentis, quae  
recte vivitur, quam nullus male, v  
tut, quam deus in nobis sine  
nobis operatur?

Fundat quoniam q. virtus est bonitas. bonitas  
vero bona non dicitur / 2. q. bonum est commu-  
nium q. qualitas ergo non debet poni ut differ-  
entia qualitatis) 3. q. quaedam virtutes  
sunt etiam irrationabilium partium. ut  
dicitur in 3. ethic. / 4. q. rectum et iustum  
idem sunt, iustitia autem specialis quaedam  
virtus) 5. q. multi utuntur male virtutibus  
dum de eis superbiunt.) 6. q. ut dicit Augu-  
stinus super Iovannem qui creavit te sine te  
non iustificabit te, sine te)

Sed contra est Augustinus ex quo desumit  
assignata definitio precipue. 2. de lib. arbitr.

Dicendum. q. praedicta definitio est bona q. <sup>et</sup>  
prehendit omnes causas virtutis in communi, sui  
formalem ex parte materialis ex parte generis, finalis ex  
parte differentis parte actus ad quem ordinatur) efficientem sui  
sicut deum (haec enim definitio de virtute in su-  
sa)



sa quantum ad illa verba. quam deus in nobis sine nobis operatur. sine quibus virtuti in communi conuenit.)

Ad. 1. R. q. ~~primo~~ sicut accidentia dicuntur entia. non quia sint. sed quia eis alia sunt. sic virtus dicitur bona non quia perse sit bona. sed quia per eam boni sumus.) Ad. 2. q. bonum tibi non sumus pro bono conuertibile cum ente, sed pro bono rationis.) Ad. 3. q. virtus non est in parte rationali animi. sed in quantum participat rationem ut dicitur in 1. ethic.) Ad 4. q. relictio ad res exteriores que in usum homini non ueniunt competit iustitie. relictio uero ad finem debitam et legem diuinam communis est omni uirtuti.) Ad. 5. q. uirtute nullus potest male uti tanquam principis rerum. sicut sic tanquam obiecto.) Ad. 6. q. deus operatur in omnium libertate et natura, et uirtutes infusas causat in nobis sine nobis agentibus. non tamen sine nobis consentientibus.

### Quaestio. 56. de subiecto Virtutis

In sex articulos diuisa

Ar. 1. Vm Virtus sit in potentia anima sicut in subiecto.

Et uidetur q. non quia uirtus est qua recte uiuimus. vincere autem ad essentiam, non ad potentiam pertinet.) 2. quia sicut opus constituitur per potentiam. sic habens uirtutem per essentiam animi ergo idem.) 3. potentia est qualitas sicut uirtus, sed qualitatis non est



Summulad. Thome

est qualitas. ergo. | Sed contra dicitur in. i. de  
coelo. q. virtus est ultimum potentie |  
Dicendum q. virtus est in potentia anime  
tunc q. perfectio eius. tunc q. est habitus o  
perativus. et anima operatur media potentia  
tunc tertio q. est dispositio ad operationem  
vel ad aliquid ad operationem consecutum

Ad. 1. R. q. vivere quando q. sumit pro ip  
so esse vivens. quando q. pro ipsius opera  
tione. et hoc modo recte vivit per virtutem

Ad. 2. q. bonum operantis consistit nedium  
in re adpta per operationem. sed et in ipsa  
operatione virtutis. | Ad. 3. q. unum acci  
dens potest esse in alio. quatenus alio me  
diante inest substantie. sicut et color me  
diante superficie ~

Ar. 2. Vtrum una virtus possit esse  
in Pluribus potentijis?

Et videtur q. sic q. unus actus procedit a plu  
ribus potentijis. ut ambulare a ratione  
dirigente. a voluntate imperante. et  
a potentia motiva exequente | 2<sup>o</sup> q. se  
cundum Philosophum ad virtutem requi  
ritur scire. et velle quorum alterum est intel  
lectus. alterum voluntatis. | 3<sup>o</sup> Impuden  
tia est in ratione recta agibilium. et etia  
est necessarium cum bona voluntate. ergo

Sed contra est q. unum accidens non potest  
esse in pluribus subiectis.

Dicendum. q. ex quo una virtus non po  
test esse in pluribus potentijis. sed ordine quo  
dam



nam in una scilicet principaliter. et in  
altera per modum diffusionis. uel per mo-  
dum dispositionis, secundum quod una uirtus  
mouetur ab alia, uel accipit ab alia.

Ad. 1. R. q. idem actus diuersimode parti-  
nere potest ad diuersas potentias / Ad. 2.  
q. scire prefigit ad uirtutem moralem que  
essentialiter in appetendo consistit. / Ad. 3.  
q. prudentia est in ratione, sed presupponit  
reluctationem uoluntatis.

Ar. 3. Utrum intellectus possit esse  
subiectum uirtutis?

Et uideo quod non quod Augustinus in lib. de mo-  
ribus ecclesie dicit quod omnis uirtus est amor,  
qui est uoluntatis / 2. quod uirtus ordinatur  
ad bonum, hoc autem est obiectum uolunta-  
tis. Et non intellectus / 3. quod propter habitus  
intellectuales, scientiam u. g. artem non  
diuimus boni.

Sed contra est quod mens maxime dicitur intell-  
ectus uirtus autem (ut dictum est) in men-  
te consistit.

Dicendum quod aliqui habitus tribuunt facul-  
tatem bene operandi. ut grammatica arte lo-  
quendi. quamuis grammaticus possit barba-  
rizare. Alii habitus tribuunt facultatem  
esse faciunt quod quis facultate arte utatur uicinis  
titia. u. g. et habitus huius secundis generis  
simpliciter dicuntur uirtutes non primi quod  
simpliciter faciunt bonum habentem sed se-  
cundum



Dum aliquid. ac proinde subiectum suum  
 habitum potest esse intellectus, vel practicus,  
 vel speculativus sine omni ordine ad vo-  
 luntatem. alij vero habitus qui simplici-  
 ter reddunt bonum habentem, vel sunt in  
 voluntate. vel in potentijs ab eamotis. Et  
 quia intellectus etiam movetur a voluntate  
 ut sic, potest esse subiectum virtutis simpli-  
 citer. siue sit speculativus ut in fide. siue  
 practicus ut in prudentia contingit.

Ad. 1. R. q. Augustinus intelligit de vir-  
 tute simpliciter dicta, in quantum depen-  
 det ab amore voluntatis) Ad. 2. q. verum  
 cognoscere est finis intellectus, et bonum eius  
 et virtus, ut ex dictis constat) Ad. 3. q. pro-  
 cedat de virtute simpliciter dicta.

Ar. 4. Vtrum irascibilis et concupis-  
 cibilis sint subiectum virtutis?

Et inde q. non quia sunt nobis communes cum  
 brutis) 2. quia appetitus sensitivus utitur or-  
 gano corporali. virtus autem de qua loqui-  
 mur non potest esse in corpore hominis) 3.  
 quia sicut anima regit corpus, sic ratio appetitum  
 tota igitur ratio gerit et virtutis parti-  
 rationali debet) 4. quia principalis actus  
 moralis virtutis, scilicet electio, non potest  
 esse nisi rationalis.

Sed contra est q. fortitudo ponitur in irascibilibus  
 et temperantia in concupiscentibus.  
 Dicendum q. in irascibilibus et concupiscentibus ponitur



Et quidam Subitus seu virtutes non inquan-  
tiam sunt partes appetitus, sed in quantum a  
ratione participant et ab ea mouentur, et ipsi  
conferuntur

huiusmodi poteri-  
te

Ad. 1. Quod dicitur potentia ut in nobis sunt  
rationi obediens, non sunt virtutes communes

Ad. 2. quod dicitur uires in nobis et caro nostra ut  
mota a ratione et instrumentum eius par-  
ticipat bonum virtutis; quod uires secundum se

magis prebeat infelicitate formis) Ad. 3

quod anima regit corpus de proprio principatu, id  
est sicut dominus seruum, ratio uero regit

pre dictas potentias principatu politico, quo  
liberi gubernari consueuerunt, et proinde

in corpore non est subiectum virtutis / Ad. 4

quod uires intentio finis, que ad electionem requi-  
ritur, circa passiones anime posuit bonam dis-  
positionem irascibilis, et concupiscibilis.

in illis in quibus  
nata est caro ei obe-  
dientia

Ar. 5. Utrum uires apprehensiuæ sen-  
sitivæ sint subiectum virtutis.

Et uideat quod inter uires sic, quod etiam in uo-  
uere a ratione ei obediunt, et ab ea participat  
ut patet in cogitativa, et memoria) 2. quod si

uires appetitus intellectualis scilicet uoluntas  
potest adiuuari a sensitivis; sic et intellectus  
ab apprehensiuis sensitivis) 3. quod secundum  
Tullium memoria est pars prudentie)

Sed contra est quod omnes virtutes uel sunt intel-  
lectuales, et hęc sunt in intellectu; uel morales,  
et hęc omnes sunt in parte appetitiva.

Dicen



Summula d. Thomae

Dixerunt q. inter vires apprehensivas specia<sup>inter</sup>  
licet in memoria ponit quidam habitus ordinis  
tridinalis sive per se ordinatus in memorando  
unum post aliud. in ceteris autem viribus appre-  
hensivis sensitivis non est habitus per se, sed a  
aliquid annexum habitibus intellectuales partes, nec  
si qui sunt habitus in predictis potentis habitibus virtutes  
dici possunt, quia virtus in illa potentia est que  
est consummatio boni operis. cognitio autem  
non consummatur in visibus sensitivis appre-  
hensivis, sed magis in intellectu vel ratione.

Ad. 1. Q. q. appetitus sensitivus movet a volun-  
tate, et proinde in eo opus appetitivum virtutis  
consummatur. sed vires sensitivae apprehensivae  
habent se ut moventes respectu intellectus in quo  
opus cognitionis terminatur. et per hoc patet  
ad. secundum. Ad. 3. q. memoria tantum  
ponit ut quid requisitum ad prudentiam, et  
velut pars integralis eius non ut species sub genere

Ar. 6. Vm voluntas possit esse subiectum  
virtutis.

Unde q. non qualesse tenentur in bonum ad  
quod ordinat omnes virtutes, ergo nulla ei sup-  
addenda est. 1. q. virtutes intellectuales  
sunt in intellectu, morales vero in irascibilibus in appetitu  
si autem concupiscibilibus, ergo. 3. q. omnes actus  
summani sunt voluntarii, ergo ad singulos actus  
essent in voluntate constituendos habitus virtutes  
nullo modo, aut unus actus esse a duabus virtu-  
tibus vel in nulla alia potentia esse aliqua virtus  
Sed contra est q. maior virtus requirit in moven-  
te

ad quas virtutes  
ordinantur



te, qualis est voluntas, q̄ immoto quales sunt  
inascibilis, et concupiscibilis.

Dicendum q̄ ad bonum proportionatum ipsius  
Suntati non indiget habitū, aut virtute super  
addita. Sed si offerat bonum uolendum ex ce  
dere proportionem uolentis, siue quantum ad  
totam speciem humanam, siue bonum diuinū,  
siue quantum ad ~~quantum~~ ad individuum, si  
ue bonum proximi; uoluntas indiget uirtute  
qualis est Charitas, Iustitia et huiusmodi.

Ad .i. R̄ q̄ procedit de uirtute que ordinat  
ad bonum proprium). Ad .2. q̄ uoluntas com  
prehendit sub appetitu). Ad .3. q̄ ad passio  
nes moderatas huius uel illius hominis nō  
est necessaria aliqua uirtus in uoluntate, q̄  
ad hoc uoluntatem est sufficit sola natura poter  
tis

### Questio. 57. De distinctione Virtutum intellectualium in sex articulos diuisa

Art. 1. Vm habitus intellectuales spe  
culatiui sint Virtutes?

Et uidetur q̄ non, q̄ huiusmodi habitus non  
sunt operatiui, ergo nec uirtutes). 2. q̄ per  
huiusmodi. homo nec fit felix neq̄ beatus). 3.  
q̄ ex Aristotele. tertio. topice. scientia et uirtus  
distinguntur secundum duo genera non subalterna  
tione posita. ergo).

Sed contra est Philosophus in 6. et sicorum  
Dicendum q̄ prout habitus dicuntur aliquando



Summulae. Thome

Virtutes in quantum dant facultatem operandi; non tamen sunt simpliciter virtutes quoniam tribuunt rectum usum operationis, quod tamen actus bonum habituum ex charitate quando quod fuerit etiam in ipso est meritum. Unde Gregorius in 7. moral. ait quod contemplativa est maioris meriti quam activa.

Ad 1. R. quod speculativus habitus habet ordinem ad opus interioris intellectus, et hoc satis est ut ad propositum operativus dicat. Ad 2. quod virtutes intellectuales dicuntur virtutes quod sunt eorum per quos homo fit beatus, scilicet actuum meritorum, tamen quod sunt intellectus quoddam inchoatus beatitudinis, quod in contemplatione verius consistit. Ad 3. quod scientia dividit contra virtutem secundo modo dictam.

Ad 2. Vm sunt tantum tres habitus intellectuales speculativi scilicet sapientia, scientia et intellectus.

Et videtur quod inconvenienter sic dividantur, quod sapientia est quoddam scientia, genus autem non dividitur in species. 2. quod principium est ratio sciendi conclusiones, ergo intellectus qui est habitus principum, non debet distinguere contra scientiam, quod est habitus conclusionum. 3. quod etiam opinio deberet poni, quod ex syllogismo ratione dialectica causatur.

Sed contra est Aristoteles in 6. ethicorum

Di.



Dicendum q. cognoscibilium, quaedam sunt  
 nota per se et habitus horum vocatur intel-  
 lectus. alia sunt nota per aliud et per inquiri-  
 tionem, quae habent rationem terminum, et ut  
 termini, et sic dupliciter scilicet aut in aliquo  
 genere et horum habitus est scientia, aut  
 respectu totius cognitionis humanae, et horum  
 habitus est sapientia. Sunt autem huiusmo-  
 di ultima secundae generis magis nota in se  
 licet ruber minus, q. cognoscuntur per alios  
 similes causas, ac proinde sunt plures habitus  
 rerum scibilium, cum tamen sapientia  
 sit nisi una. " " " " "

scilicet per prin-  
 cipia.

Ad. 1. R. q. sapientia est perfectior q. scientia  
 q. de omnibus iudicat, etiam de primis pr-  
 incipijs / Ad. 2. q. eodem actu videt obiectum  
 et ratio obiecti. scilicet color et lux, et princi-  
 pia secundum se considerata pertinent ad  
 habitum principiorum, sed pertinent ad ha-  
 bitum scientiae prout ex ipsius conclusiones de-  
 ducuntur vel deducuntur in conclusiones, et sic  
~~pertinent ad habitum scientiae.~~ prout dicitur ergo  
 tres habitus ordine quodam se habent, neq. 3  
 ex quo distinguuntur, quoniam scientia pe-  
 det ab habitu principiorum, et sic a sapientia  
 Ad. 3. q. illi soli habitus intellectus sunt virtu-  
 tes intellectuales, quibus semper dicitur verum  
 quod est bonum intellectus. suspicio autem  
 et opinio possunt esse falsae.

Ar. 3. Vm habitus intellectualis quis  
 est ars sit virtus? ~ et



Et videtur quod non quod arte multum valeat utitur.  
 2. quod virtutes non est virtus, sed 3. ethicorum  
 dicitur quod artus est aliqua virtus, ergo 3. quod ars  
 liberalis ut pote speculativa deberet ammu-  
 merari prout dicitur tribus habitibus articuli pre-  
 cedentis.

Sed contra est Philosophus in 6. et sicorum  
 Dicendum quod ad eum modum habeat ars quod sit  
 virtus ad quem habitus speculativus; nec enim  
 refert qualiter artifex se habeat ad appetiti-  
 vam partem in quantum artifex est neque ad  
 eius locum quod voluntate opus faciat sed  
 quod opus quod fit in se bonum sit. sicut nec cum  
 geometria demonstrationem conficit.

Ad 1. R. quod malum artificium non est opus ar-  
 tis immo deficit ab ea, quia pars virtus est, si-  
 cet ipsa non prebeat bonum usum. Ad 2. quod ars  
 quantum ad bonum usum sui requirit aliquam  
 virtutem moralem, ut opus suum fide-  
 liter exequat. Ad 3. quod etiam in speculabilibus artibus  
 ipsa constructio syllabarum, aut numeratio, vel  
 congrua locutio sunt quedam opera, liberalia  
 tamen, in quo cum arte conveniunt. Illi vero  
 scientes que ad nullum huiusmodi opus ordi-  
 nant simpliciter scientes dicuntur.

Ar. 4. Vm prudentia sit virtus distincta  
 ab arte?

Et videtur quod non. quod etiam ars est rectoratio ope-  
 rum, nec diversa genera operum faciens quod amit-  
 tit rationem artis. 2. quod multi habitus specu-  
 lativi qui minus conveniunt cum arte, quod pru-  
 den-  
 den



dentia dicuntur artes) 3. q. in quibusdam arti-  
bus ut militari, et medicinali, maxime reperit  
altus consiliarius, qui est proprius prudenti-  
sed contra est Philosophus in 6. et sicorum.  
Dicendum q. prudentia est virtus distincta ab  
arte. est enim ratio rerum agibilium que  
manent in agente. ac proinde respicit rectitu-  
dinem appetitus et ipsam presupponit, artue  
vero est ratio rerum factibilium, que tran-  
seunt in exteriorem materiam, nec ita respicit  
appetitum. Unde magis laudat artifex, qui  
volens peccat, q. qui peccat nolens, magis au-  
tem contra prudentiam est q. qui peccet vo-  
lens, q. nolens.

Ad 1. Q. q. in prudentia est diuersa ratio ut  
tactus ab arte, q. est ratio ipsorum agibilium  
seu actuum humanorum) Ad 2. q. prudentia ma-  
gis conuenit cum arte, q. cum habitibus specula-  
tibus, q. est in operatiua parte et circa continget  
aliter se habere. Sed ars magis conuenit cum ha-  
bitibus speculatiuis, q. cum prudentia in ratione  
virtutis). Ad 3. q. prudentia est bene consilia-  
tua in spectantibus ad totam hominis vitam, ars  
autem in his que pertinent ad aliquos fines pro-  
prios et peculiare.

Ar. 5. Vm Prudentia sit homini necessaria?  
Videtur q. non nisi forte tantum ad hoc q. vir-  
tuosus fiat, quemadmodum neq. etiam ars est  
necessaria ad opera iam facta, sed ut fiant. 2  
q. altus prudenti, qui est consiliarius, non est ho-  
mini necessarium, si sequatur consilia prudenti-

um -

3



Sumula d. Thomae

3. q. proprium est intellectuali virtuti semper dicere verum. at non est Summa prudentia q. nunq. erret. ergo neq. est Virtus intellectualis.

Sed contra est spiritus sanctus sapia. d.

Dicendum q. prudentia est virtus necessaria ad bene vivendum. q. ad bene vivendum est necessarium bene operari et ad bene operari bene eligere. et ad bene eligere est necessaria ratio intellectiva, que fit in parte appetitiva per virtutem moralem; et per virtutem ordinatam mediorum existentem in ratione q. est prudentia.

Ad 1. R. q. bonum artis attendit non in artifice sed in artefacto bonum vero prudentia in agente cuius perfectio est ipsum agere. ac proinde prudentia est homini necessaria. non solum ut fiat bonus. sed etiam ad bene vivendum.)

Ad 2. q. cum quis bene operat ex voluntate alterius non videtur est omnino perfecta operatio ipsius quantum ad rationem dirigentem et quantum ad appetitum moventem.)

Ad 3. q. verum intellectus practici accipit per confirmationem ad appetitum rationis que in necessariis locum non habet. siue sint agibilia siue factibilia et ideo circa sola contingentia proprie virtus intellectus practici, circa factibilia ars, circa agibilia prudentia.

Ar. 6. vni. eubolia synesis et quom. sint virtutes adiuncte prudentia.

Unde q. n. q. beneconsiliani quod pertinet ad

^  
Sed in contingen-  
tibus



ad euboliam. conuenit prudentie secundum  
 seipsum) 2. qz synesis habet bene iudicare  
 Sic autem altus est superior. ergo synesis pr  
 tuis est uirtus principalis) 3. qz gromie etia  
 habet iudicare; Sic autem fit per synesim. ex  
 qz gromi superfluit) 4. qz Tullius ponit  
 alias tres scilicet. memoriam. intelligentiam  
 et prouidentiam. et Macrobius ponit cautio  
 nem docilitatem. et alia Suiusmodi

Sed contra est Philosophus in. 6. ethicorum  
 Dicendum q. principalis uirtus est inordina  
 tis est que ad principalis actum ordinatur  
 sunt autem tres actus rationis ordinati, scilicet  
 et. consiliari. iudicare. et precipere; quorum  
 duo prima sunt rationis speculatiue. et perti  
 nent ad euboliam. et synesim. Tertius uero  
 est practicus. et principalis pertinet ad prou  
 dentiam; cui ex consequenti alie uirtutes an  
 nectuntur

Ad. 1. R. q. prudentia perficit actum consili  
 andi uirtute sibi subiecta, que est eubolia) Ad  
 2. q. iudicium ordinat ad preceptum tanqz  
 ad complementum in agendis.) Ad. 3. q. una  
 uirtus sufficit ad bene consiliandum. qz sic fit  
 per principia communia. iudicium autem fit ex  
 principijs proprijs in quibus iam est distinctio. et  
 sic uel secundum communem legem. quod perti  
 net ad synesim. uel secundum ipsam ratione  
 naturalem. in his in quibus deficit lex communis  
 quod pertinet ad gromim) Ad. 4. q. illi omnes  
 sunt sicut partes integrales, prudentie. tres autem  
 de



de quibus est questio sunt veluti partes potenti  
ales. 1. honorifica ~~audere~~ Regnativa. et ceteris  
modi sunt partes subiective precedentis successi  
vici ipsius.

Questio 58 De distinctione  
Virtutum moralium ab in  
tellectualibus. in quinque  
articulos divisa.

Ar. 1. Vm̄ omnis Virtus sit moralis  
Fundat q. sic. qz moralis dicitur a more. scilicet  
suetudine. quod omnibus virtutibus convenit  
2. qz omnis virtus est habitus electivus. et  
in mediocritate consistit. sed hoc est definitio  
virtutis moralis, ergo. 3. qz omnis est  
habitudo in modum naturae rationi consenta  
neus ut dicit Tullius in sua Rhetorica. ex  
qz. Sed contra est Philosophus in 1. ethicis.

virtus

Dicendum q. mos dicitur quandoque consue  
tudinem, quandoque inclinationem alicuius;  
et ab hac secunda acceptione dicitur virtus mo  
ralis, secundum q. mos significat aliquam in  
clinationem naturalem, vel quae in natura  
lem ad aliquid agendum. cuius similis est prima  
significatio, inclinatio autem ad actum conue  
nit in appetitibus, ac per consequens, non om  
nis virtus est moralis. sed illa, quae est in vi ap  
petitiva

Ar. 1. R. q. procedit de more in prima acceptione  
Ar. 2. q. rectam electionem facit virtus quae est

in vi



in electiva animae. quamvis et alij actus uer-  
tutum, sub electivitate cadere possunt) Ad. 3.  
q. natura est principium motus, et mouere ad  
actum conuenit in appetitu. et ideo assimi-  
lari naturae inuoluntariae rationi. est propri-  
um virtutum, quae sunt in parte appetitiua

Ar. 2. Vtrum virtus moralis distin-  
guatur ab intellectuali?

¶ Funde q. non. q. secundum Augustinum. lib  
de ciuit. dei. uirtus est ars recte uiuendi. ergo om-  
nis est intellectualis) 2. q. plerumq. in definitio-  
ne uirtutis moralis ponunt q. sit scientia. er-  
go) 3. q. Augustinus in soliloq. dicit q. uirtus  
est recta et perfecta ratio. ergo idem) 4. q. in  
definitioe uirtutis moralis ponit intellectu-  
alis, dum dicit q. est habitus electiuus immedio-  
cratae consistens prout sapiens determinate  
uit ergo.

Sed contra dicit. in. 2. et sic ubi summas  
signat differentia virtutum.

Dicendum q. principium omnium humanor-  
um operum est ratio, cui corporalia membra  
in his quae sunt nata obedire debent et si despo-  
tice sine seruiliter, neq. indigent uirtute su-  
peraddita. q. tamen pars appetitiua rationi  
obtemperat politice et non ad nutum indig-  
et uirtute moralis. ut debite et recte obediat  
rationi, ac proinde uirtutes intellectuales  
a moralibus distinguunt.

Ad. 1. R. q. Augustinus communiter accipit  
artem. prout qualibet reparatione, prudentia et  
ceteris



Summula. d. Thomae.

ceteris) Ad. 2. q. illae definitiones <sup>uel</sup> processerunt  
ex opinione falsa Socratis omnes virtutes intel  
lectuales affirmantis, uel explicanda sunt de  
Scientia, sicut diximus de arte) & similiter  
dicendum est ad tertium -

Ar. 3. Vtrum sufficienter diuidat  
virtus per moralem, & intel  
lectualem?

¶ Unde q. rō. q. prudentia uidet intellec  
tuales. & communiter etiam annumerat  
moralibus). 2. continentia perseverantia  
et etiam patientia nō annumerant intel  
lectualibus, neque etiam sunt virtutes mora  
les, q. nō tenent medium in passionibus  
immo in eis passiones abundant. ergo)

3. fides, spes. et caritas, non sunt intellec  
tuales, nec morales. ergo -

Sed contra est Philosophus in. 2. et sic  
Dicendum q. virtus perficit hominem ad be  
ne operandum. principium autem Summa  
rationalium in homine non est nisi duplex  
scilicet intellectus, siue ratio, et appetitus. ac  
per consequens omnis virtus Summa est  
perfectiva alicuius Summi principii. ac  
subinde intellectualis. uel moralis

Ad. 1. R. q. prudentia secundum essentiam  
est intellectualis, sed secundum materiam  
conuenit cum moralibus) Ad. 2. q. continē  
tia a delectationibus, et perseverantia a tur  
bationibus



titij non sunt virtutes, sed aliquid minus //  
 virtute, ut dicit Philosophus in 7. ethic. //  
 Ad. 3. q. illę virtutes sunt supra humanas  
 prout homo factus est particeps diuine gra-  
 tie.

Ar. 4. Vtrum moralis virtus pos-  
 sit esse sine intellectuali?

Inde et q. si virtus moralis est in modum //  
 nature rationi consentaneus, natura autem  
 in cognitione carentibus etsi consentanea  
 cui superior rationi inuicenti non est illi  
 conueniens in eodem, ergo et in homine potest  
 esse virtus moralis quamuis eius ratio  
 sit perfecta virtute intellectuali. Et quę  
 se illi in quibus minus viget usus rationis  
 sunt magis virtuosæ. 3. q. multi habent  
 inclinationem ad bene operandum, quod  
 est proprium virtutis moralis, sine ratio-  
 nis iudicio, ergo.

habitus

Sed contra est Gregorius in 2. moralium  
 sine prudentia virtutes non admittit.

Dicendum, q. sine prudentia saltem et intel-  
 lectu virtus moralis esse non potest, q. sine  
 ratione recte cōsiliante et iudicante non  
 potest homo accipere ea que sunt ad finem

principia appre-  
 hendente.  
 et precipiente

Ad. 1. q. inclinatio in mere naturalibus ra-  
 tione carentibus est sine electione, et ideo est.

Ad. 2. q. in virtutibus viget usus rationis nõ  
 quantum ad omnia, sed quantum ad ea que  
 sunt agenda secundum virtutem. Unde sicut

pru-



Summulae Thomae

prudenter sicut serpentes et simplices sicut columbae) Ad. 3. q. inclinatio naturalis est quaedam inclinatio virtutis, sed tanto periculosior quanto maior, nisi a recta ratione dirigatur. Sicut et equus effrenus quo uehementer curret, grauius impingit.

autem eius.

Ar. 5. Vtrum intellectualis virtus possit esse sine moralibus?

¶ uidetur quod sic quia primum (qualis est virtus intellectualis existens in ratione non dependet a posteriori) 2. quia artifex potest esse in materialibus artibus, ergo et prudentia sine agibilibus moralium virtutum) 3. quia multi bene uisitant per prudentiam, quibus tamen desunt morales virtutes)

Sed contra est quod opponit prudentiae quod quis uolens peccet uel dicat in. 6. et sic uelle autem malum facere opponit directe uirtuti moralibus

ergo malum illud non est prudentia.

Dicendum quod cum prudentia sit recta ratio rerum agibilium non solum in uersalis, sed etiam in particulari; procedere debet ex principiis non solum uersalibus, sed etiam particularibus a quibus pendunt actiones tanquam a fine. et ideo ad rectam rationem agibilium quae est prudentia requiritur quod homo habeat uirtutem moralem. Si ceterae uirtutes intellectuales sine moralibus esse possint) Ad. 1. q. ratio ut apprehendat suum finem procedit appetitum finem, sed appetitus finem procedit rationem rationem ad eligendum. Ad 2. q. artificialia non diiudicant bona uel mala ex dispositione appetitus) Ad. 3. q. prudentia habet etiam bene iudicare, et precipere, quod fit per moralem uirtutem

(ad quae homo se dicit per habitum intellectus uel scientiae)



Quaestio 59 De distinctione viz  
 Virtutum moralium <sup>per</sup> compara  
 tionem ad passionem ~

12

in 5 articulos diuisa

Ar. 1. Vm Virtus moralis sit passio?

¶ Videtur quod sic. qm medium est inter passiones  
 medium autem est eiusdem generis cum  
 extremis) 2. qz quaedam passiones ut ira  
 sunt vitia, ergo quaedam etiam erunt virtu  
 tes) 3. qz misericordia passio est scilicet tris  
 titia de alienis malis)

Sed contrarium dicitur in 2. ecclie. q. scilicet pas  
 siones nec virtutes sunt. neqz malitiae.

Dicendum q. <sup>virtus</sup> moralis non potest esse passio qz  
 passio est motus appetitus. Virtus principium  
 motus. Secundo qz passiones secundum se  
 non habent rationem boni vel mali nisi secun  
 dum rationem) Tertio qz dicitur q. aliqua pas  
 sio se habeat vel ad bonum solum, vel ad ma  
 lum solum, tamen motus passionis incipit  
 ab appetitu, et terminatur in ratione, motus  
 vero virtutis e converso se habeat)

Ad. 1. R. q. virtus non est medium, sed inter  
 passiones medium constituit) Ad. 2. q. passio  
 non potest esse vitium per modum habitus. Sicut  
 possit esse vitium per modum actus vitiosi. vel qz  
 contrariatur rationi, vel sequitur actum rationis)

Ad. 3. P. misericordia dicitur virtus id est virtutis actus.  
 nec est inconueniens q. dicatur virtus si nominetur ha  
 bitum, quo quis inclinatur ad miserendum. et idē

Di



Summula d. Thomae

dicendum est de similibus passionibus.

Ar. 1. Vm virtus moralis possit esse cum Passione.

Fundat q. non q. Philosophus dicit in 4<sup>to</sup> p<sup>ri</sup>mo q. multus est qui non patitur, patiens vero qui patitur et non deditur) 2. q. virtus est <sup>ut dicit Tullius</sup> retinendo et sanitas animae, passio autem moratur <sup>ergo</sup> 3. q. rectus usus rationis impeditur per passiones, ergo et virtus moralis)

Sed contra est Augustinus in 14 de ciuitate dei ponens laudabiles passionum motus

Dicendum q. ut ait Augustinus 9. de ciuitate dei. Stoici Philosophi in virtuosos nullam admittunt passionem. Peripatetici <sup>sec</sup> uero ~~admittunt~~ ~~admittunt~~ ~~quod~~ ~~idem~~ ~~Augustinus~~ ~~ad~~ ~~concordiam~~ ~~reducens~~ ~~aut~~ ~~Stoicorum~~ ~~dogma~~ <sup>bene</sup> inde processisse, quod non distinguebant inter passiones appetitus sensitui, que uere dicuntur passiones, et inter affectiones uoluntatis. Unde in sapiente et uirtuoso, passiones seu inordinatae affectiones esse non possunt, possunt tamen esse passiones que iudicium rationis non subuertunt: ut putati subito ex presentia terribilis timore aut tristitia <sup>constringat</sup> aut aliqua affectione non inordinata uoluntatis

Ad 1<sup>o</sup>. R. q. loquitur Philosophus ibi, ut alibi solet <sup>scilicet</sup> Stoicorum, uel in alio loco de passione inordinata. Ad 2. patet ex dictis <sup>q. Tullius de inordinata passione loquitur</sup>

Ad



Ad. 3 q. passio proueniens si proualeat in  
 animo impedit consilium et exco[n]tra ratio-  
 nem. Si uero sequatur quasi ex ratione im-  
 perata adiuuat ad exsequendum impe-  
 rium ~~rationis~~ <sup>eiusdem</sup>.

Ar. 3. Vm virtus moralis possit esse  
 cum Tristitia?

Quidem q. non. q. uirtutes sunt effectus sa-  
 pientie cuius consilium non habet amaritu-  
 dinem sapientie. 2) Si q. tristitia impe-  
 dit bonam operationem ut ait Philosophus  
 ergo potius contrariatur uirtuti. 3. q. tristi-  
 tia esse Cicerone est quedam animus q. g. tu-  
 do. Sed contra est q. in Christo domino fuit  
 Tristitia ut dicit. Matt. 26.

Dicendum q. Stoici pro tribus alijs pertur-  
 bationibus sapientis, tres bonas passiones si-  
 ue eupatias inuenerunt. Sed pro tristitia  
 negauerunt aliquid posse esse maximo sa-  
 pientis. ~~tum~~ q. nullum malum putauerunt  
 homini sapienti accidere posse. mala corporis  
 pro nobis ducentes. Sed fallunt tum q. de  
 malis corporis ordinare uolumus. tum q.  
 sine leuibus animi defectibus uix ullus repe-  
 rit. tum q. licet quis culpam promerit non  
 habeat laudabiliter <sup>tristitia</sup> de peccatis dolet. uel de  
 peccatis aliorum. ~~si tamen~~. ac proinde modera-  
 ta tristitia cum uirtute esse optime potest. Immo  
 sicut bona propter delectationem promptim  
 querunt; ita mala propter tristitiam fortius fu-  
 gunt. ) Ad. 1. R. q. de sapientia sapiens  
 non

preteri-  
 to.



Summula d. Thomae

non tristat. sed de his que sunt impediti-  
ua sapientie) Ad. 2. q. tristitia impedit ope-  
rationem. de qua tristamur. sed adiuvat  
ad ea promptius exequenda, per que tristi-  
tia fugit) Ad. 3. q. procedit de passione im-  
moderata.

Ar. 4. Vm̄ omnis Virtus moralis sit  
circa passiones?

^ sive voluptas  
^ rationale per par-  
ticipationem sci-  
entiae

Et videtur q. sic. q. ut ait Philosophus virtus  
moralis est circa delectationes et tristitias.  
2. q. appetitivus sensitivus est subiectum  
passionum. et moralium virtutum) 3. quia  
omni virtute moralis est invenire aliquam  
passionem)

^ tam sensitivam, q.3  
intellectuam volun-  
tatis.

Sed contra est q. iustitia ut dicitur in 5. ethic.  
non est circa passiones. "

Dicendum q. cum virtus moralis ordinet  
partem appetitivam circa bonum rationis  
non omnis est circa passiones sed quaedam  
etiam circa operationes.

Ad. 1. R. q. virtus moralis non est <sup>omnis</sup> circa illa  
tanquam circa materiam, sed tanquam circa aliquod  
id consequens) Ad. 2. q. etiam voluntas  
est rationale per participationem, in qua sunt  
passiones ut dictum est) Ad. 3. q. non  
in omnibus virtutibus passiones sunt propria  
materia. ut inferius dicendum est

Ar. 5. Vtrum aliqua virtus mora-  
lis possit esse absque passione?

Et videtur q. sic. q. quanto magis perfecta ma-  
gis



quae superat passiones ergo in suo esse per  
 fectissimo absque ulla erit). 2. quae tunc  
 unumquodque est perfectum quando est  
 remota a suo contrario, et ab his quae  
 ad contrarium inclinant, quales sunt  
 passiones). 3. quae secundum virtutem  
 des conformamur qui operatur sine omni  
 passione.

Sed contra est quod nullus iustus non gau  
 det iusta operatione. ut dicitur in 1. ethicis  
 et idem est de alijs virtutibus.

Dicendum quod sine inordinatis passio  
 nibus vel affectionibus bene possunt esse vir  
 tutes morales, non tamen sine passio  
 nibus circa quas versantur tanquam circa mate  
 riam. Sicut enim facerent appetitum sensi  
 tivum ociosum. Virtutes vero morales  
 quae non circa passiones, sed circa affectus  
 vel <sup>sunt</sup> rationes ut iustitia sine passionibus inveniri  
 possunt. quamvis ad iustitiam sequatur  
 gaudium involuntate, quod non est passio  
 nisi quatenus in appetitum sensitivum  
 a voluntate reducitur.

Ad 1. R. quod virtus passiones immoderatas  
 superat, et moderatas producit). Ad 2. quod  
 moderatae passiones non inducunt ad peccata  
 dam). Ad 3. quod deus et angelus non est ap  
 petitus sensitivus ac proinde bona eorum ope  
 ratio est sine omni passione.

Quod



Quaestio. 60. De distinctione virtutum moralium ad invicem

~ in quinque articulos divisa.

Ar. 1. Vtrum una tantum sit virtus moralis?

Et videtur quod sic quod ex parte rationis est una tantum virtus dirigens, scilicet prudentia <sup>intellectuales</sup>  
a. ergo et ex parte appetitus una sufficit)  
2. quod obiectum formale virtutis moralis est unum. scilicet modus rationis) 3. quod moralia recipiunt speciem a fine, qui est unus scilicet felicitas propriae enim sunt infiniti et virtutes infinitae esse non possunt. <sup>communis</sup>

Sed contra est quod unus habitus non potest esse in diversis potentijs appetitivis -  
Dicendum quod species obiecti appetibilis, sicut et cuiuslibet rei attendit, secundum formam specificam, quae est ab agente <sup>patientis</sup> agens autem quando recipit formam secundum eandem rationem, quae est in agente; ut contingit in causis univocis; quandoque non sed secundum diversam proportionem materis ad agens ut in causis equivocis. et sic videmus ab eadem virtute activa solis generari per speciem factorem animalia diversarum specierum et cum vis appetitiva sit mota et imperata a ratione, non univoca quod non est rationalis per essentiam appetibilia. et virtutes morales sunt diversarum specierum, et non unius tantum



tum) Ad. 1. R. q. obiectum rationis est ve-  
rum. est autem eadem ratio veri in omnib;  
moralib; agibilib; , sed non eadem ratio boni;

Ad. 2. q. est diversitas ex parte recipientium,

Ad. 3. q. moralia specificant a finibus pro-  
ximis, qui licet numero <sup>sint</sup> infiniti, non tamen  
in specie.

Ar. 2. Vm Virtutes morales quae cir-  
ca passiones sunt, distinguantur  
ab his quae sunt circa operationes?

Indet q. non q. omnis virtus est operati-  
ua. et tamen dicit Philosophus q. moralis est  
circa delectationes et tristitias } 2. q. passio-  
nes sunt principia operationum, ergo sunt  
circa utrasq; } 3. q. motus appetitus senti-  
tivi, seu eius operationes sunt passiones, er-  
g.

Sed contra est auctoritas Philosophi

Dicendum q. operationes et passiones si compa-  
rentur ad virtutes sicut effectus earum, sic om-  
nis virtus est circa utrasq;. non tamen si com-  
parentur ad eas sicut materia circa quam sic  
enim in quibusdam virtutib; bonum et ma-  
lum attendit per eorum operationem ad alter-  
um, ut in iustitia et similibus versantur  
circa operationes; in quibusdam per eorum  
operationem ad operantem, et sic sunt circa  
passiones. quoniam in eodem actu iustitiae  
possit reperiri, immo de eadem re quae magis  
tendit contrarietate) et ex his patet solutio ad  
obiecta



Ar. 3. Utrum circa operationes sit v  
nica tantum virtus moralis.

Et uidetur q. sic q. ad rectitudinem omnium ope  
rationum exteriorum sola iustitia videtur  
sufficiens). 1. q. operationes maxime diuer  
se quales sunt ad unum, aut ad multitudi  
nem non causant diuersitatem iustitie legalis  
ab alia ut dicit Philosophus ergo). 3. q. ad  
iustitiam pertinet in ualde diuersis generibz  
commutatorum rectitudinem constituere  
ergo). Sed contra est q. religio et pietas diffe  
rent, quarum utraqz est circa operationes  
Dicendum q. omnes virtutes que sunt circa <sup>moralis</sup>  
operationes aliquod habent de ratione ius  
titie, quatenus non respiciunt tam ad dispo  
sitionem agentis, quam ad rationem equi  
tatis et debiti rei in se ipsa: sed q. ratio  
debiti diuersificat. ex pte ides religio qua  
reddit debitum deo. pietas patri. et gratia  
benefactoribz sunt differentes virtutes.  
Ad. 1. R. q. Iustitia sumit communiter, et str  
icte). Ad. 2. q. iustitia ad unum operat <sup>ex</sup> ad im  
perium iustitie communis legalis, et proinde  
non differt ab ea nisi ratione). Ad. 3. q. ius  
titia stricte sumpta est eadem ratio debiti, et pro  
cipue in commutationibz, forte enim distribu  
tina est alterius speciei a commutativa, sed  
de hoc infra dicitur

Ar. 4. Utrum circa diuersas passiones di  
uersa sint virtutes morales.

Et



Et videtur quod non quod omnium unum est princi-  
 pium, scilicet amor, et omnes ad unum fi-  
 nem tendunt scilicet delectationes suaves  
 et iustas | 2. quod alias virtutes morales,  
 quod passiones, quod patet esse fal-  
 sum quod fortitudo (ut interim alias omitta-  
 mus) est circa diversas passiones timores  
 scilicet et audacias | 3. quod temperantia  
 est circa amorem, concupiscentiam, et de-  
 lectationem, que specie differunt |

Sed contra est quod fortitudo est circa timores  
 et audacias, temperantia circa concupis-  
 centias, mansuetudo circa iras, ut dicitur  
 in 3. et 4. et sicorum.     ))     ))

Dicendum quod cum diverse passiones pertine-  
 tes ad diversas potentias puta concupiscibi-  
 lem et irascibilem, non potest una virtus  
 se circa omnes passiones, potest quidem esse  
 circa passiones contrarias, quod est medium in-  
 ter eas, et illae habent quodammodo et eundem  
 modum repugnandi ad rationem. Et ideo  
 diverse passiones concupiscibiles non per-  
 tinent ad diversas virtutes morales, quod sunt  
 unius ordinis. Passiones vero irascibiles non  
 sunt unius ordinis, et ideo circa eas diverse  
 virtutes constituantur.

Ad 1. R. quod licet omnes conveniant in uno  
 principio et fine communi, non tamen in pro-  
 prio / Ad 2. <sup>sicut</sup> quod contrarium eadem est ratio,  
 et immutabilibus idem est principium, quo re-  
 cedunt ab uno principio, et accedunt ad aliud; ita  
 est / Ad 3. quod illae ordinantur ad idem obiectum  
 ordine quodam

inratio-  
 nalibus



Ar. 5. Vm Virtutes morales distinguuntur secundum diuersa obiecta passionum.  
 Et uidetur quod non <sup>nec</sup> quia virtutes morales, quae sunt circa operationes distinguuntur per operationum obiecta ad eandem enim virtutem iustitiae pertinet emere vel vendere domum vel equum / 2<sup>o</sup> quia maior diuersitas requiritur ad distinguendos habitus, quae actus, passiones autem appetitus actus quidam eius sunt / 3<sup>o</sup> quia diuersa delectabilia, vel terribilia non differunt nisi secundum magis, et minus, ergo non exigunt distinctas virtutes / 4<sup>o</sup> quia sicut circa concupiscentias bonorum sunt diuersae virtutes sic deberent esse diuersae circa timores malorum. Sed contra est quod castitas, abstermentia, et cetera peccata ~~sunt~~ <sup>per</sup> diuersa delectabilia assignantur. Dicendum quod cum virtutes perficiantur et diuersificentur ex ordine ad rationem, passiones uero secundum ordinem ad appetitum sensitivum, obiecta passionum prout diuersimode ordinantur ad appetitum sensitivum causant diuersas passiones specie; prout uero <sup>com</sup>parantur ad rationem causant diuersas species virtutum respectu diuersarum passionum pertinentium ad diuersas potentias. quare Aristoteles undecim virtutes ponit, quae circa passiones versantur. scilicet fortitudinem contra maximos timores, ut sunt in periculis mortis, temperantiam circa delectationes gustus, et tactus; Liberalitatem circa mediocres sumptus, magnificentiam circa magnos, magnanimitatem



tatem circa spem et desperationem. Philo-  
 trimiam (id est amantiam mediocri honoris.)  
 mansuetudinem circa iras. Amicitiam, que  
 alteri in factis. ueritatem per quem uisus  
 alteri uerbis. aut factis se manifestat. euse-  
 peliam, que decentiam seruat in iudis, tam  
 in uerbis. qm in signis, et factis. ad quas uirtu-  
 tes additur iustitia, que est circa operationes  
 Ad. 1. R. q. omnia obiecta eiusdem operatio-  
 nis secundum speciem eandem similitudine  
 habent ad rationem. non autem omnia ob-  
 iecta eiusdem passionis secundum specie-  
 m operationis non repugnant rationi  
 sicut passionis) Ad. 2. q. alia ratione di-  
 uersificantur passionis. et alia uirtutes. si-  
 cut dicitur est. / Ad. 3. q. magis et minus  
 diuersificantur speciem propter diuersam simi-  
 litudinem ad rationem) Ad. 4. q. bonum  
 fortius et ad mouendum qm malum.

## De Virtutibus Cardinalibus.

### Questio. 61. in 5. articu-

#### los diuisa

Ar. 1. Vm Virtutes morales debeant  
 dici cardinales, uel principales?

¶ uidet q. omni q. omnes uirtutes ex quo diui-  
 duntur genus uirtutis. ergo nullę sunt principa-  
 les) 2. q. uirtutes theologicę sunt circa pñe  
 morales circa media. ergo illę sunt digniores)  
 3. q. intellectuales pertinent ad rationale per  
 es



## Summularum. Thesore

essentiam. morales uero ad rationale per  
participationem)  
Sed contra est Ambrosius super Lucam. 6. 1  
Dicendum quod simpliciter loquimur de  
virtute. de humana intelligendum est. illa  
autem perfecte habet rationem virtutis quae requirit  
et causat rectitudinem appetitus. quales sunt  
iustitia, temperantia et fortitudo intermo-  
rales. quibus additur prudentia. quae sit intel-  
lectuales secundum essentiam. quae est moralis  
secundum materiam.

Ad. 1. R. quod diuisio virtutis in commune non est  
generica sed analogica. ac proinde membradi-  
uidentia non sunt ergo perfecta in ratione  
virtutis. quoniam et in diuisione generis secun-  
dum differentias specificas aliae species sunt  
alijs principaliores. ut homo quod equus. Ad  
2. quod virtutes theologicae sunt super summas  
uel diuinae) Ad. 3. quod intellectuales sunt prin-  
cipaliores quantum ad subiectum, sed non quae  
antum ad obiectum quod est bonum.

Ar. 2. Vnde sunt quattuor virtutes car-  
dinales.

Et uidetur quod non quod sola prudentia dirigit. ergo  
ipsa sola est principalis, siue cardinalis) 2  
quod ad operationes morales ordinamur. per ratio-  
nem practicaem. et appetitum rectum. ergo duae  
tantum sunt virtutes cardinales) 3 quod inter  
virtutes multae sunt principaliores alijs. Secun-  
do



non q̄ omnes. ergo) Sed contra est Gregorius  
in 1. moralium)

Dicendum q̄ numerus aliquorum potest acci-  
pi uel secundum formam. uel secundum sub-  
iectum. et uerō q̄ modo sunt quattuor virtutes  
cardinales. secundum formam q̄ est bonum  
rationis in ipsa consideratione et sic est pruden-  
tia. uel secundum q̄ circa aliquid ponit rati-  
onis ordi ad reprimendam inordinatam passio-  
nem boni ~~impedituam~~ <sup>inordinatam</sup> et sic est temperan-  
tia. uel retrahentem a bono rationis et adhuc  
est fortitudo) Secundum subiecta etiam  
idem quattuor narius colligitur q̄ rationale uel  
est per essentiam et in hoc est prudentia. uel  
per participationem in uoluntate in qua est  
iustitia. uel in concupisibili in qua est tem-  
perantia. uel in irascibili in qua est fortitudo

Ad. 1. R. q̄ prudentia omnes excellit sed a-  
liq̄ in suo genere) Ad. 2. q̄ rationale per  
participationem est triplex uel dictum est) Ad  
3. q̄ alie principales reducuntur ad p̄dictas qu-  
attuor. quantum ad subiectum. et quantum  
ad rationes formales)

Ar. 3. Vn̄ alie uirtutes magis debe-  
ant dici principales q̄ istae?

Respondet q̄ sic q̄ magnanimitas maxime  
in omnibus operat. ergo illa est principalior)

2. q̄ per similitudinem omnes uirtutes fir-  
mantur secundum Gregorium) 3. q̄ patien-  
tia est perfectissima. et perfectum opus habet  
ut

et hoc uel circa ope-  
rationes et sic est  
iustitia. uel.

impellentem ad  
contrarium ratio-  
ni

et hoc tripliciter  
videlicet uel



Summula d. Thome

ut dicit beatus Jacobus ) Sed contra qd  
q. Tullius in sua rhetorica ad Bas quattuor  
omnes alias reducit.

Dicendum q. omnis virtus que facit bonum  
inconsideratione dicit prudentia. et que facit  
bonum debiti et recti in operationibus, dicit ius-  
tia. et que cohibet et deprimat passiones dicit  
et temperantia. et omnis que facit firmi-  
tatem animi contra quascunq. passiones di-  
cit fortitudo. ac proinde alie virtutes subsi-  
tis continentur. dicuntur etiam principales ob  
principalitatem materis quamvis alie vir-  
tutes possint habere alias principalitates. et  
sic cessant obeliones.

Et ad dicunt princi-  
pales.

Ar. 4. Vm quattuor virtutes cardina-  
les differant ab invicem?

Unde quoniam <sup>immuit</sup> q. ut ~~aut~~ Gregorius in. 22  
moralium singuli et proprii singularum  
effectus singulis earum recipere conveni-  
unt. ergo. ) 2. q. Ambrosius in lib. de of-  
ficiis. illud quod est temperantia attribui-  
t fortitudini. dicens ea iure fortitudo vo-  
cat quando unus quisq. seipsum vincit. nul-  
lus illecebris emollit. est. et temperantia  
que sunt aliarum virtutum tribuit. ergo no-  
sunt distincta ) 3. q. Philosophus in. 3. ethi-  
ad quamlibet virtutem tria requirunt que  
sunt aliquarum virtutum propria. scilicet  
q. sit sciens. eligens. et firmiter operans )

Sed



Sed contra est Augustinus in Lib. de moribus  
ecclesie.

Dicendum q. predictae virtutes sumuntur  
generaliter pro quibusdam animi conditio-  
nibus et sic confundunt inter se se. Sed pro-  
prie et specialiter sumpta distinguunt ab  
invicem ut dictum est. secundum q. deter-  
minant ad materias speciales in quibus spe-  
cialiter laudat illa generalis conditio. a qua  
nomen virtutis accipit.

Ad 1. R. q. Gregorius loquitur de his virtuti-  
bus secundum primam acceptionem, vel in-  
telligit secundum redundantiam unius  
ad alteram. et Per hoc patet solutio ad 2.  
Ad 3. q. illa tua non sunt propria singulis  
virtutibus. sed possunt illis appropriari se-  
cundum modum iam dictum.

Ar. 5. Vm virtutes cardinales conue-  
nienter dividantur in virtutes politi-  
cas, Purgatorias, Purgativa-  
mi, & Exemplares?

Quid est q. non. q. secundum Macrobium  
de somno Scipionis. exemplares virtutes sunt  
quae in ipsa divina mente subsistunt, ac se-  
cundum Phil. & ipsum inde consuevit dicitur  
virtutes cardinales immo et dicitur dicitur  
ipsi eas attribuere) 2. q. virtutes purgativa-  
mi secundum eundem Macrobium sunt hi-  
ne passivae) 3. q. idem dicit purgatorias et  
se eorum qui fugientes sumantur, dicitur se in  
se

11. 10. et 5  
10.



Se inserunt; sed hoc iuxta Tullium in. 1. de officijs est culpabile. ergo) A qz ut idem Macrobius ait virtutes politicae sunt quibus cum mune Republicae bonum dirigat et gubernat; ad hoc autem sufficit sola iustitia legalis. ergo.

Sed contra est idem Macrobius ibidem citans Plotinum <sup>cum</sup> Platone Philosophi principem.

Dicendum qz virtutes praedictae secundum eminentiam sunt exemplariter in deo quem ut sermo virtuti sequi et imitari debemus, ut dicit Augustinus lib. de moribus ecclesiae. Et quoniam homo secundum suam naturam est animal politicum. Suius modi virtutes prout in homine existunt politicae dicuntur ut recte se habeat in rebus humanis. qz tamen deest hominem ut ad divina se transferat quantum potest. ut dicitur in. 10. et si uis necesse est ponere quasdam virtutes medias inter politicas, et exemplares quae purgatiue dicuntur: et nominibus prudentiae. Iustitiae. temperantiae et fortitudinis vocantur. Et quaedam tandem sunt virtutes diuinam similitudinem assequentium, quae dicuntur purgati animi. ut aut prudentia, sola diuina intueatur, temperantia terrenas cupiditates nesciat. fortitudo passiones ignoret. Iustitia cum diuina mente per patris foedere societur, eam scilicet imitanda.

quas



Loquitur

quas quidem virtutes dicimus esse beatorum  
 vel aliquorum in hac vita perfectissimorum.  
 Ad. 1. q. Philosophus de huiusmodi vir-  
 tutibus prout precise sunt in rebus humanis,  
 Ad. 2. q. virtutes eorum qui plenam bea-  
 titudinem assequuntur, sicut sine passionibus  
 Aliquid nisi per passiones intelligamus in  
 ordinatos motus. dicit autem Plotinus q. pa-  
 sitas virtutes passiones molliunt, purga-  
 torum eas auferunt, purgationem animarum  
 obliuiscunt, et in exemplaribus nefas  
 est eas nominare. Ad. 3. q. desererent  
 humanas in necessarijs virtutes sunt. Secus  
 si in non necessarijs propter deum relinqua-  
 t ut dicit <sup>idem</sup> Iulius et Augustinus. 19. de  
 ciuitate dei. Ad. 4. q. iustitia legalis sola  
 directe respicit bonum commune. sed per impe-  
 ritum omnes alias virtutes ad idem bonum  
 commune trahit, ut in 5. et sicorum dicitur,  
 loquens ad politicas enim virtutes de quibus  
 sic loquimur non solum pertinet beneope-  
 rari circa bonum commune. sed etiam circa  
 singularia communitatis.

Questio 62 de Virtutibus The-  
 ologicis In 4. articulos diuisa.

1. uidetur q. non q. uel dicitur 6. et sic virtus est  
 dispositio perfecta secundum naturam ad op-  
 timum, theologicæ autem sunt supra naturam,  
 2. q. virtutes theologicæ sunt diuine et ex-  
 emplares ac prout dicitur in solo deo. 3  
 q.

Articulus Primus  
 Vn sint aliqua vir-  
 tutes theologice?



Summula d. Thome

q. ad ordinandum Summam indeum tamq[ue]  
in primum principium. et ultimum finem  
Sufficit ipsa natura rationis et voluntatis  
Sed contra est q. de actibus fidei, spei, et cha-  
ritatis dant[ur] in sacra scriptura repetita pre-  
cepta. 11

Dicendum q. quemadmodum Summa ad bea-  
titudinem naturalem ordinat[ur] per natura-  
lia principia. sic ad supernaturalem beati-  
tudinem per principia supernaturalia cu-  
diuino adiutorio debet ordinari. quibus ut  
dicit. 2. Petr. 2. efficit[ur] consort[ur] diuine na-  
ture. et huiusmodi principia dicunt[ur] vir-  
tutes theologice, tamen q. dicit[ur] habent pro  
obiecto, tamen q. ab eis solo infundunt[ur]. tamen q.  
diuina reuelatione tradunt[ur] nobis.

Ad 1. R. q. huiusmodi virtutes conueniunt  
Summi non secundum naturam suam es-  
sentialem, sed participatam naturam. Ad  
2. q. non dicunt[ur] diuine quasi deus ipse sit  
virtus sua, sed q. ipse diuinam naturam par-  
ticipamus. Ad 3. q. per intellectum et vo-  
luntatem secundum suam naturam, non  
ordinat[ur] Summa sufficienter ad deum prout  
est obiectum supernaturalis beatitudinis.

Ar. 2. Vtrum virtutes theologice  
distinguant[ur] ab intellectualibus  
et moralibus?

Vnde q. non q. vel perficiunt partem in-  
tellectivam, vel appetitivam. et secundo in-  
tel



Intellectuales. aut morales) 2<sup>o</sup> q<sup>o</sup> inter intel-  
lectuales est sapientia quæ altissimam cau-  
sam considerans ordinat nos ad deum ergo  
non distinguitur) 3<sup>o</sup> q<sup>o</sup> Augustinus lib. de  
moribus ecclesie ostendit q<sup>o</sup> quattuor virtutes  
cardinales sunt ordo amoris. amor autem  
charitas est)

Sed contra dictum est q<sup>o</sup> distinguit illud quod  
est secundum naturam, ab eo quod est  
supra.

Dicendum q<sup>o</sup> cum virtutes distinguantur secun-  
dum rationem formalem obiecti, et obiectum  
virtutum theologiarum sit ipse deus  
propterea rationem naturalem excedit, fit  
consequens ut ab alijs virtutibus secerneantur

Ad. 1<sup>o</sup>. R<sup>o</sup> q<sup>o</sup> hęc perficiuntur potentias super-  
naturaliter) Ad. 2<sup>o</sup> q<sup>o</sup> sapientia illa inves-  
tigat diuina propterea humana ratione cognos-  
cibilia sunt) Ad. 3<sup>o</sup> q<sup>o</sup> quilibet virtus car-  
dinalis est ordo amoris. hoc est ordinata affec-  
tionis cuius radix et principium est amor  
vel q<sup>o</sup> omnes alię virtutes a charitate de-  
pendeant.

Ar. 3. vñ conuenienter fides spes  
et charitas ponantur virtutes  
theologicae.

Et videt q<sup>o</sup> non q<sup>o</sup> una sola virtus natu-  
ralis ponit inter ordinatas ad finem na-  
turalem. scilicet intellectus principiorum  
ergo



Summula 8. Thomae

ergo (una sufficit in ordine ad finem su-  
pernaturalem) 2. q. in naturalibus  
fides est minus q. virtus. et similiter  
pes. q. est passus ergo nec sunt virtutes  
supernaturales) 3. q. theologicis ordi-  
nant animam ad deum. ad quod suffi-  
cit una in intellectu. et altera in vo-  
luntate. ergo.

^  
virtutes

Sed contra est Apostolus. 1. corinth. 13.  
triatice.) Dicendum ut supra, q. per  
has virtutes ordinat homo ad finem su-  
pernaturalem. quantum ad intellectum per  
principia supernaturalia que de iuro lu-  
mine capiunt, de quibus est fides. et qua-  
tum ad voluntatem per motum intenti-  
onis, tanq. in possibile consequi, quod  
pertinet ad spem. et quantum ad quam-  
dam unionem spirituales. per quam  
quodam modo transformat in illum fi-  
nem, quod fit per charitatem.

Ad. 1. R. q. natura voluntatis non suffi-  
cit per se ipsam ordinari in finem supera-  
turalem. et sic ex parte intellectus et vo-  
luntatis ponit virtus elevans) Ad. 2. q.  
fides et spes de excedentibus naturam ex-  
cedit omnem virtutem humanam) Ad. 3. q.  
ad appetitum duo pertinent scilicet motus  
in finem. et conformatus ad finem per a-  
morem.

Ar. 4. Vtrum fides sit prior spe  
et spes charitate.



Et videtur quod non quod radix prior est. sed Apollus  
 sus dicit in charitate radicati) 2. quod Aug.  
 ustrinus. 1. de doctrina Christ. ait. si quis cre  
 dit et diligat bene agendo efficitur speret, er  
 go charitas precedit spem) 3. quod amor est  
 principium omnis affectionis. ergo charitas  
 prior est quam spes quod est quaedam passio.

Sed contra est ordo quo eas numerat Apollus  
 sus) Dicendum quod ordine generationis im  
 perfectum est prius perfecto. ut materia quam for  
 ma. et sic ordine generationis (quantum  
 ad actus habitos enim simul in fine) )  
 fides est prior spe. et spes charitate, sed ordi  
 ne perfectionis charitas est forma principium  
 et prima virtutum) et per hoc patet solutio  
 ad Primum.) Ad 2. quod Augustinus lo  
 quitur de spe ex meritis. et charitate formata  
 potest autem quis sperare antequam habeat  
 charitatem, non ex meritis. quod iam habet,  
 sed quod sperat se habiturum) Ad 3. quod respec  
 tu obiecti prior est charitas quam spes. sed respec  
 tu eius a quo sperat bonum prior est spes quam  
 ut postea ex ipso amore spes augetur.

...  
 ...  
 ...

Boni scilicet spera  
 ti-

Quaestio 63. De causa virtutum?

In quattuor articulos diuisa,

Ar. 1. Vm virtus sit in nobis a natura?

Et videtur quod sic. quod sic affirmat Ambrosius Da  
 masceus lib. 3. et Anonius in quodam ser  
 mone. et glossa in illud euangely. circuibat  
 Iesus et





Summula divi Thomae

¶ Quod bonum virtutis est bonum rationis, quod  
est ipsa hominis natura ) 3.º quod Job ait. 31. ca  
pice ab infantia crevit mecum, miseratus  
et de utero matris egressa est mecum.

Sed contra est, quod virtus non omnibus hominibus  
communiter inest, et tollit per peccatum  
ergo non est ab ipsa natura.

Dicendum quod quemadmodum formas corporea  
les quaedam dixerunt omnino esse ab intrinse  
co quasi latitarent in materia, alij ab extr  
inseco, alij partim ab intrinseco partim ab  
extrinseco agente. Sic etiam alij philosophi supra  
to sunt circa scientias et virtutes. primus e  
nim opinio fuit platoni. Secundus  
Aviceana. et tertiam secutus est Aristoteles.

Sed cum naturale duas dupliciter subiect  
ex parte forme sine speciei, et ex parte mate  
ria, sive individui. tenendum est quod virtu  
tes secundum quamdam aptitudinem. et  
inchoationem sunt naturales. ex parte qui  
dem speciei quod a natura inest intellectu  
bitus principum tam intelligibulum, quod a  
genitorum. ex parte vero individui esse quod qui  
busdam hominibus ex diversa corporis com  
plexione inest aptitudo et inclinatio ad has  
vel illas virtutes. et ratione instrumentorum  
ipsius corporis quibus virtutum actiones ex  
ercere. Sed secundum perfectionem virtu  
tes non sunt a natura. Virtutes tamen theo  
logice omnino tam secundum inchoationem  
quod perfectionem sunt ab extrinseco. et ex his

tres similes pro  
cedentibus ponē  
tes opiniones.

Involuntati in  
clinatio ad bonum

pa



pateat solutus ad obiectiones qz primz due pro  
cedunt de aptitudine nature specificz ad vir-  
tutes. Tercia de aptitudine et inclinatione  
individui ad hanc vel illam virtutem -

Ar. 2. Vm aliqua virtus causet in  
nobis ex assuetudine operum?

¶ videtur q. non. qz Rom. 14. dicitur omne quod  
non est ex fide peccatum est. sed fides non  
causat ex assuetudine operum. ergo. 2. qz  
peccatum non compatitur secum virtutem. at  
Somo non potest vitare peccatum nisi per gra-  
tiam dei. ergo virtutes solo dono dei causantur.  
3. actus qui sunt sine virtute non possunt  
causare virtutem; alias effectus esset perfecti-  
or causa, ergo est.

Sed contra est Dionysius. 4. cap. de diuinis no-  
minibus. qz ex malis actibus causatur habitus ui-  
tiosi. bonum autem potentius est qz malum.  
Dicendum q. virtus perficit hominem in ordi-  
ne ad bonum. hoc autem ordinat vel per ra-  
tionem humanam. vel per legem diuinam  
quid quid autem per rationem humanam  
regulat, regulat etiam per legem diuinam  
sed non e converso. ac provide. virtus que  
hominis ordinata ad bonum quod modifi-  
cat secundum regulam rationis humanam  
potest ex actibus humanis causari, alias cau-  
sabitur per operationem diuinam. et idem Aug-  
ustinus in definitione virtutes posuit, quam  
deus in nobis sine nobis operatur. et de suis in  
ordi. virtute primaz ratio procedit. Ad



Summula 2. Thomae

Ad. 2. q. virtus diuinitus infusa in sua per  
sectio ne non compatitur socium peccationis mor- <sup>maxim</sup>  
tale, secus humanitus acquisita, quae non cor-  
rumpit quoad habitum per unum morta-  
le peccatum) Ad. 3. q. principia virtutum  
et semina quae in nobis existunt nobiles  
et sunt, quae ipsae virtutes humanae, quae cau-  
sant.

Ar. 3. Vm aliquae virtutes morales sint  
in nobis per infusionem?

Et videtur quod non quia causari possunt sufficere  
tissime a nobis, ergo nullae <sup>sunt</sup> immediate a deo  
2. quia in operibus dei nihil est superfluum  
sed ipse sufficienter nos <sup>ad se</sup> ordinat per virtu-  
tes theologicas infusas, ergo) 3. quia deus  
in se in nobis semina ~~causat~~ virtutum

ergo non oportet, quod eas per se ipsum causet.  
Sed contra dicitur Sapientiae 3. Sobrietate  
et iustitiam doceat prudentiam, et virtutem.  
Dicendum quod cum effectus debeant proportio-  
nari suis causis, quae ad modum morales  
virtutes proportionantur suis principiis, secun-  
dam oportet, quod virtutibus theologicas propor-  
tionaliter respondeant alij habitus diuinitus  
causati in nobis

Ad. 1. R. q. virtutes nostrae actibus acquisitae  
non sunt proportionatae ad virtutes theologi-  
cas obtinendas) Ad. 2. q. virtutes infusae ordi-  
nantur ad multas res in ordine ad deum ad quae  
theologice immediate diriguntur) Ad. 3. quia  
principia et semina non sufficiunt, ut dictum



Ar. 4. Vm virtus quam acquiri-  
mus ex assuetudine operum  
sit eiusdem speciei cum  
Virtute Infusa.

13

Et videtur quod sic quod non differunt nisi ex or-  
dine ad ultimum finem. differentia autem  
specifica in actibus et habitibus humanis  
non sumit nisi a proximo fine. 2. quod  
idem est actus temperantiae acquisitae et  
infusae ergo. 3. quod solum differunt pariter  
esse a deo facta immediate, et a creatura,  
sed eiusdem speciei est homo a deo creatus, et  
ab homine generatus, ergo.

Sed contra est quod illa differentia quam deus  
in nobis sine nobis operatur non conuenit ac-  
quisitis.

Dicendum quod virtutes distinguuntur secundum  
speciales et formales rationes obiectorum circa  
propria materiam in quibus concipiuntur  
et habent materialiter quibus dicitur  
modus imponit per temperantiam acquisitam  
et regulam rationis humanam scilicet necibus  
videat ualitudinem, aut rationem impediat  
et per regulam legis diuinae scilicet ut quis  
castiget corpus suum. Alio modo dicitur habitus  
distinguuntur specie secundum ea ad quos ordi-  
nantur sicut sanitas hominis et equi. et sic  
etiam distinguuntur virtutes infusae et acquisi-  
tae secundum quod ordinantur ad diuersas politicas  
nimirum ad res humanas, aut ut simus cives  
sanctos

N. g. temperantia  
acquisita et infu-  
sa

Species  
duplex  
scilicet  
uol.



Ad. i. R. q. nō solum in ordine ad ultimum finem sed et in ordine ad propria obiecta differunt. Ad 2. q. ab eo modo modificat se perantia infusa et acquisita. Ad 3. q. de illis in terminem ad eundem altum faceret ad quem naturaliter geritur. quod in virtutibus non contingit. nec inveniunt q. deus miraculose per se ipsum virtutes acquisitas immediate producat (sicut et oculum cœcitate) eiusdem speciei. et ad eundem altum eū naturaliter producat acquisitas.

Questio 64 De medio Virtutum  
in quattuor articulos diuisa.

Ar. i. Vm virtutes morales sint in medio. Et videt q. non q. est circa ultimum potentis ergo non in medio) 2. q. magnanimitas et magnificentia sunt circa maxima et non circa media. ergo) 3. q. alias nulli virtutes morales perficerentur tendentes in extrema. sicut perfectissima misericordia que omnino dat pauperibus. et perfectissima castitas omnes allectivas fugiens. ) —————  
Sed contra est Philosophus in secundo ethic.

Dicendum q. cum regula appetitus motus est ipsa ratio. a qua si deficiat aut excedat minus recte se habebit ac proinde cum inter defectum. et excessum mediocritas sit successiva. virtutes morales in medio esse videntur.

Ad. i. R. q. virtus consistit in medio in quantum



turn passionem circa quam est reducitur ad ratio-  
nis medium, et conformitatem, quamvis et  
ta conformitas diffinitati contraria sit et ut sic extremum.

Ad. 2. q. ille virtutis secundum aliquas cir-  
cumstantias excedunt. Sed non in circumstan-  
tijs. ubi, quando quomodo et propter quod  
oportet, conformiter ad rationem. Unde Phi-  
losophus dicit in 4. ethico. q. magnanimus  
est quidem magnitudinis extremus et  
autem q. ut oportet medius. Ad. 3. q. ille  
virtutis in modo dictum est perfectissimus vir-  
tutes si illis adsint proprijs circumstantijs  
alias in vitia declinabunt. " "

Ar. 2. Utrum medium virtutis  
moralis sit medium rei vel rationis.

Fundat q. si medium rei quomodo bonum  
circum quod sunt est in rebus. 2. q.  
virtus moralis magis consistit in medio  
operationum et passionum. 3. q. medi-  
um saltem iustitiae est secundum pro-  
portione arithmetica vel geometri-  
cam. rei scilicet arg.

Sed contra est Philosophus in 2. ethico.

Dicendum q. medium virtutis est medium  
rationis (non quasi medium in ipsa actura  
tionis existat <sup>et</sup> quia ipse ad medium redu-  
cat) sed id quod a ratione ponit in aliqua  
materia. quandoq. tamen contingit q. me-  
dium rationis sit etiam medium rei ut in  
iustitia quae est circa operationes, passiones  
etc.

q. apprehensum  
rationis -



Summula d. Thomae

etenim circa quae aliae virtutes versantur  
diversimode se habent in diversis Summi  
69) Et per hoc patet solutio ad obiecta  
quod duo prima procedunt de ipso medio  
rationis. et Tertium de actu iustitiae.

Ar. 3. Utrum Virtutes intellectua  
les consistant in medio.

Et inde quod non quod sunt in ipsa ratione. ac  
consequens non habent superiorem regulam  
quae eis medium constituat. 1. quod mora  
les determinantur ab intellectualibus. ergo si  
istae determinantur ab alijs dabitur processus  
intransitivus in virtutibus. 2. quod in intellec  
tu non videtur esse contrarietas (omnis albus  
et nigrum similes in eis existunt et ab eis ap  
prehenduntur) ergo neque in eis est medium.  
Sed contra est quod actus est medium. videtur  
in 2. ethic.

Dicendum quod bonum rationis est verum prat  
ticum vel speculative respectu rationis  
practicae aut speculative quod regulatur a re <sup>et men</sup>  
ipsa secundum quod conformatur ac praeven  
de excessus constituit in affirmando quod non <sup>surat</sup>  
est. et defectus in negando esse quod est. Ra  
tio tamen habet rationem regulam, et mensuram <sup>recta</sup>  
respectu appetitus. Unde idem medium est in  
vis moralibus. et prudentia scilicet rectitudo ra  
tionis, sed prudentia est istud medium ut  
regulans, et mensurans. virtutis vero  
moralis ut regulata, et mensurata.

Ad



Ad. 1. iam patet quomodo virtus intellec-  
tualis habeat suam mensuram ) Ad. 2.  
q. mensura virtutis intellectus est ipsa res  
in qua subsistit ) Ad. 3. q. quamvis illudita  
sit. nihilominus intellectu est contra-  
dictio affirmativa et negativa, que in  
rebus est opposita contradictionis.

Ad. 4. Vm virtutes ~~morales~~ <sup>theologicae</sup> consis-  
tant in medio? ~~~

Fundit<sup>q. sic</sup> q. alie virtutes in medio consis-  
tunt ergo et theologice que alias in bo-  
nitate excedunt ) 2. q. virtus theologica  
perficit intellectum et appetitum, ergo,  
3. q. spes medium est inter desperationem  
et presumptionem. et fides inter heres-  
es ponentes in Christo domino vel una  
tantum naturam, vel duas personas,  
Sed contra est q. in virtutibus que in me-  
dio consistunt contingit peccare per ex-  
cessum. quod non contingit circa deum. circa quem sunt theo-  
logice virtutes. q. est maior omni laude )

Dicendum q. in virtutibus theologice  
est considerare duplicem mensuram  
alteram ex parte ipsius virtutis. et hec  
est deus ipse. fides enim regulat a divi-  
na veritate. spes a <sup>magnitudine</sup> omnipotentia et pietatis eius  
charitas vero secundum bonitatem ipsius  
et circa hec non potest esse excessus. est ta-  
men altera mensura vel regula virtutis  
theologice ex parte conditionis nostre, et  
sic



Summulae Thomae

Sic per accidens potest inveniri in medio  
et extrema in virtute theologica.

Ad 1. R. ex dictis 1. Ad 2. q. virtutes the-  
ologae perficiunt intellectum, et appe-  
titum in ordine ad regulam et mensu-  
ram increatam. Ad 3. q. nulla media sunt  
ex parte nostrae conditionis, quia praesumi-  
mus et desperamus, et non credenda cre-  
dimus, nisi a deo manuducamur.

Quaestio. 65 de connexionione  
virtutum. in 5. ar. Divisa

Ar. 1. Vm virtutes morales sint ad  
in vicem connexae?

Et videtur quod quae quandoque causantur ex exer-  
citu aliarum. Sed potest quis exerceri in  
actibus unius virtutis, et non alterius  
ergo 1. q. in multis virtutibus non pos-  
sunt esse magnificentia, et magnani-  
mitas, ut puta in pauperibus, ut dicit  
Philosophus. in 4. ethic. 2. q. virtu-  
tes intellectuales (quae perficiunt intel-  
lectum, sicut morales appetitum) non  
sunt connexae ergo 3. q. si essent conne-  
xae idem esset quod connectitur ~~in~~ <sup>in</sup> pruden-  
tia, sed potest quis esse prudens circa haec  
agibilia, et non circa alia. sicut et arti-  
fex circa haec et non circa omnia factibili-  
a) ergo)

Sed contra est Ambrosius super Lucam. Au-  
gust. in 6. de trinitate. Gregor. 13. mor. et Iul-  
lius



Suis. in. 2. de tusc. quest. ) Dicendum,  
 q. virtutes morales secundum esse sunt  
 perfectum<sup>et</sup> imperfecte scilicet quae sunt  
 vel ex quadam inclinatione naturae  
 vel aliqua consuetudine, non sunt  
 commixtae. Quae sunt perfecte commi-  
 xa sunt tum ex parte conditionum  
 quae requiruntur ad actus singularum  
 perfecte exercendos. tum q. commixtae  
 e cum prudentia. quae ex recta inten-  
 tione sunt, tanquam ex principio eligunt  
 ea quae sunt ad finem: ac proinde est rec-  
 ta ratio rerum agibilium, quae et ipsa  
 sine virtutibus moralibus haberi non  
 potest, sicut nec scientia sine habitu-  
 principiorum.

Ad. 1. R. q. virtutes morales perficiunt.  
 Summum circa communem modum uiuendi.  
 et hoc esse perfectum commixtas esse quae  
 loquens virtutes morales perficiunt in  
 aliquo statu eminenti, et q. materiae  
 exercitium circa eas non unicuique occur-  
 rit communiter, possunt esse aliae sine  
 his q. actu habent<sup>quis</sup> habitus suus cernit  
 di. virtutum loquendo de acquisitis, quas  
 tamen (si alias habuerit) et lata occasio-  
 ne facile etiam habebit. Et per hoc R.  
 ad. 2. ) Ad. 3. q. virtutes intellectua-  
 les sunt circa diversas materias non ordi-  
 natas. Sicce habent ordinem ad prima  
 principia, et ideo dependent ab habitu prin-  
 cipiorum

alae sunt quae

oportet



Summula d. Thomae

Ad. 4. q. agubilia sunt principia; et or-  
dinata inter se. factibilia vero sunt ma-  
teria non ordinantur inter se nec ipsa.

Ar. 7. Utrum morales virtutes  
possint esse sine charitate?

Et videtur quod sic. quia Prosper in sententijs dicit  
quod omnis virtus praeter charitatem po-  
test esse communis bonis et malis. 2.  
quia possunt acquiri ex actibus. charitas ve-  
ro per solam infusionem a deo. 3. quia  
conceduntur quatenus dependent a pru-  
dentia, charitas autem eam super ex-  
cedit. ergo.

Sed contra dicitur Ioannis. 2. qui mundi  
legem manet in morte. ergo si in dilectio-  
ne nulla est virtus.

Dicendum quod morales <sup>virtutes</sup> acquiri possunt  
per opera humana quatenus sunt ope-  
ratiua boni. qui non excedit facultatem  
humani. sed secundum quod sunt operati-  
ua boni in ordine ad ultimum finem  
supernaturalem, quo pacto videtur per-  
fekte. Sabent rationem virtutis non per  
sunt actibus humanis acquiri in modo a deo  
infunduntur, nec sine charitate esse pos-  
sunt <sup>nec</sup> aut sine prudentia infusa et recta  
ratione in ultimum finem supernatu-  
ralem ordinata.

Ad. 1. R. q. virtutes ibi intelliguntur secun-  
dum imperfectam rationem virtutis)

Ad



Ad. 2. q. procedit de virtutibus, moribus  
libus acquisitis) Ad. 3. q. quamvis es  
autas excedat, prudentia tamen depen-  
det a caritate ne ultimum est. et per con-  
sequens omnes virtutes morales infusq

Ad. 3. Vm caritas possit esse sine  
virtutibus moralibus -

Fuere q. sic. q. sola caritas sufficit  
ad omnia virtutum opera. ut innuit. i. ad-  
corint. 13. ergo) 2. q. multi in carita-  
te existentes sentiunt difficultatem  
in actibus aliarum virtutum. quorum ta-  
men est faciliter et delectabiliter opera-  
ri. ergo) 3. q. multi sancti carent ali-  
quibus virtutibus. de quibus vocat Be-  
da magis. Similiter. q. de virtutibus quas  
habent gloriantur. ergo

Sed contra est q. per caritatem tota lex im-  
plet. ut dicit. i. corint. 13. lex autem im-  
plet. per actus omnium virtutum. et  
ad idem est Augustinus in quadam epis-  
tola -

Dicendum q. quemadmodum in naturalibus  
bus quando deus dat aliquod principium  
operum sine eo q. de ea quibus sunt necessa-  
ria ad eiusmodi opera exercenda. sic et  
melius in supernaturalibus datur caritate que est bonorum o-  
dat omnes virtutes infusas quibus opera per omnia principium  
exerceant. ac prout de connexis sunt virtutes  
sunt ob prudentiam. sed etiam ob caritatem  
qua dependit. et ipsa amittunt. / Ad.



Summula d. Thomae

Ad. 1. R. q. ad bene operandum praeter vir-  
tutem quae ordinat ad finem requiruntur  
& virtutes disponentes circa ea quae sunt  
ad finem scilicet morales, nec sine instru-  
mento legitime operat agens principa-  
le. Ad. 2. q. sicut habent scientiam rej-  
patit difficultatem in intelligendo pro-  
pter aliquod superueniens extrinsecum  
impedimentum. infirmitatem. N.g. aut  
somnolentiam. Sic in habentibus virtu-  
tes infusas ob modum dispositio est preceden-  
tibus relictas. quae in acquisitis non ita  
manent, quae tolluntur per actus quibus ac-  
quiruntur. Ad. 3. q. sancti dicunt illas  
virtutes non habere ratione difficultatis  
modo dictae. quam patiuntur.

Contra  
21as

Ar. 4. Vtrum fides et spes pos-  
sint esse sine charitate.

Et videtur quod non. quia digniores sunt quam virtutes  
morales infusae. quae tamen sine chari-  
tate esse nequeunt. 1. quia nullus cre-  
dit (ut ait Augustinus) nisi volens. ergo  
2. quia nullus sperat nisi volens. ergo  
3. quia idem in enchiridion dicitur quod spes non  
potest esse sine amore. Sed contra est quod  
matt. 5. 1. dicit glossa quod fides generat spem  
spes autem charitatem. sed generari po-  
test esse sine genito. ergo.

Dicendum quod ut dicitur in 2. effectuum ad ra-  
tionem virtutis perfecta pertinet non solum  
quod bonum operemur, sed et quod bene operemur  
Sic



Sic igitur secundum incarnationem et esse imperfectum, possunt esse fides et spes sine charitate non tamen in esse perfectis virtutis.

Ad. 1. R. q. virtutes morales dependent a prudentia. prudentia autem ita diffusa nec rationem prudentis habere potest absque charitate. ut pote deficiente habitudine ad primum principium, quod est ultimus finis. fides autem et spes secundum proprias rationes, neque a prudentia, neque a charitate dependent. Et fides sine charitate esse possunt. Sicut sine charitate non sunt virtutes ut dictum est. Ad. 2. q. procedit de fide perfecta. Ad. 3. q. procedit de spe perfecta que procedit ex meritis.

Ad. 5. Vm charitas possit esse sine fide. et spe?

Et videtur q. sic. q. deus naturaliter potest amari a nobis sine fide et spe. 1. q. charitas est radix ad alios. 2. in charitate radicati. Radix autem sine ramis esse potest. 3. q. in Christo domino fuit perfectissima charitas sine fide et spe. ut dicitur infra.

Sed contra est. hebr. ii. sine fide impossibile est placere deo quod fit per charitatem ad quam introducit spes. ergo.

Dicendum q. charitas non est tantum amor dei sed et amicitia que ad ipsum cum redactione et communicatione mutua ut dicitur. 8. et 9.

et



Sumula 3. Thome

Et quoniam Suius mundi amicitiam ad al  
terum nullus potest habere nisi credat et  
spere se societatem <sup>sumes</sup> eccōmunicatōriem  
habiturum (quod respectu dei in hac vita  
fit per gratiam et in futura per gloriam)  
unde est q. Charitas sine fide et spe esse  
non potest.

Ad 1. R. q. Charitas non est quicumquam  
dei. ut dicitur est. Ad 2. q. est radix et  
perficit fidem et spem. sed supponit illas. Ad  
3. q. in Charitate boni fidei sunt clariora. et  
boni spei comprehensiora. Unde fides et spes in  
fuerunt in eis propter illud. quod dicitur in  
perfectioris.

Quaestio 66. De equalitate vir  
tutum. In 6. arti  
culos divisa.

Art. 1. Vtrum virtus possit esse maior  
vel minor.

Sed et q. non. dicitur enim Apocal. 12. q.  
latera civitatis Hierusalem (per quos secundū  
dum glossam intelliguntur virtutes) sunt  
equalia. 2. q. consistit in maximo bono  
et ultimo potentia secundum Philosophum  
in 1. de celo. et 2. de lib. arbitrio. 3. q. de  
bent virtutes omnes proportionari virtuti  
uniformi et infinita dei <sup>causantibus</sup> ergo una non est  
maior alia. Augustin  
in full

Sed contra est q. in virtutibus invenit au  
gmentum et superabundantia. ut in iuoc  
matt. 5. et psal. 16.

Dicendum q. in virtutibus specie differenti  
bus sine dubio alia est alia maior. ut pruden  
tia omnibus moralibus q. perficit rationem  
quod est causa et radix summi boni. et inter  
eas



cas illa maior est quae magis ad rationem  
accedit. Unde iustitia quae est in iustis iustitia  
te preferat alijs. et fortitudo quae est in iustis  
cibus preferat temperantiae, quae est in con-  
cupiscibilibus. intra eandem autem speciem  
virtus est maior aut minor. vel ex maio-  
ri participatione <sup>subiecti</sup>, vel gradum maiora vel  
minora se extendit. ut supra dictum est  
neque enim exiguè ad rationem virtutis quae  
attingat iusta rationis medium in indivi-  
sibus ut Stoici existimabant.

Ad 2. R. q. equalitas non solum est in illa  
legenda secundum gradum secundum quantita-  
tem absolutam, sed et secundum proporti-  
onem) Ad 2. q. illud ultimum non est  
indivisibile, ut dictum est) Ad 3. q. deus  
non operatur ex necessitate naturae, sed secun-  
dum ordinem suae sapientiae iuxta illud ad  
ephe. 4. unicuique vestrum data est gratia  
secundum mensuram donationis Christi.

Ar. 2. Vni omnes virtutes simul  
in eodem existentes sint aequales

Et videtur quod non aut enim Apostolus 1. cor  
7. unusquisque habet proprium donum a  
deo. alius quidem sic. alius vero sic) 2.  
quod si in eodem essent omnes aequaliter in-  
tense. qui excederet ceteros in una exce-  
deret in omnibus, quod non videtur verum  
cum aliqui sancti de una virtute, alij  
de alia laudent. et de quolibet confesso-  
re dicat ecclesia non est inventus similis  
illis, ob aliquam virtutem specialem

3.



3. qz constat quod unus promptius exequi  
 & altum unius virtutis qz alterius)

Sed contra est Augustinus in 6. de trinitate  
 Dicendum. q. secundum rationem spe-  
 cies sine diebus una est maior alia in eod-  
 dem Semine. secundum vero partem  
 partionem in subiecto prouincies in te-  
 die et remittit sic etiam in eodem pro-  
 portionaliter sunt eguales qz equaliter  
 crescunt. et decrescunt. Sicut quantitas  
 ad inclinationem naturalem possit  
 esse in uno maior promptitudo qz in  
 alio ad hanc uel illam virtutem

+ quem ad modum cres-  
 cente semine equali-  
 ter crescunt digitus in-  
 quales -  
 quibus habet ratio-  
 nem materialis

Ad. 1. R. q. Apostolus intelligit uel,  
 de gratia gratis data, uel de mensura  
 gratie gratum facientis. secundum quod  
 am unius abundat in omnibus uirtu-  
 tibus plus qz alius, propter maiorem  
 abundantiam precedentis, uel carita-  
 tis in qua comedunt omnes uirtu-  
 tes infusae | Ad. 2. q. illud contingit ob  
 maiorem promptitudinem. et sic pa-  
 tet ad 3.

Ad. 3. Vm Virtutes morales preemi-  
 neant intellectualibus. ~ ~ ~  
 Et uidetur q. sic qz sunt permanentiores  
 et magis necessarie ad uitam | 2. qz  
 morales faciunt seminem simpliciter  
 bonum. intellectuales non item dempta  
 prudentia | 3. qz finis est nobilior qz me-  
 dia



dia que sunt ad finem. Sed virtutes mo-  
rales faciunt rectam intentionem finis  
ergo excedunt prudentiam que electio-  
nem causat in medio!

Sed contra est q. virtus intellectualis  
est in rationali per essentiam, mora-  
les vero in rationali per participationem  
ut habet. i. ethicorum.

Dicendum q. cum virtus habeat speciem  
ex obiecto illa est simpliciter perfectior  
que habeat perfectius obiectum, quia est  
obiectum rationis. ac proinde virtutes  
intellectuales. que perficiunt rationem  
simpliciter sunt perfectiores q. morales,  
que perficiunt appetitum. Sed respectu  
actus ad quem morales appetit perfectior  
est virtus moralis, et ratio virtutis  
magis ei conuenit.

Ad. 1. R. q. obiecta intellectualium sunt  
permanentiora ~~ut patet~~ q. sunt uniuersa-  
lia. q. moralium vero non ita q. sunt  
quedam particularia agibilia. Itaque mo-  
rales sunt magis necessarie ad finem. ta-  
men in intellectualibus est quedam beati-  
tudinis inclinatio, que in veritatis cogni-  
tione consistit. Ad. 2. ~~q. dicitur~~ dicitur  
Sunt simpliciter bonius per morales virtu-  
tes, ac proinde sunt meliores secundum  
quid. Ad. 3. q. prudentia etiam prestatur  
finem virtutibus. ut dicit. m. 2. ec. 6. ethic.

Ar. 4. Vm iustitia sit precipua in-  
ter virtutes morales?

q. ex ordine ad actum

EF



Summad. Th. m.

¶ Videtur q. non q. maius est dare de pro-  
prio quod facit liberalitas q. reddere a-  
licuius. quod facit iustitia) 2. q. Jaco-  
bi. 1. patientia opus perfectum habet) 3.  
q. magnificencia magnum operatur  
in omnibus virtutibus. ut dicit. 4. ethic.  
Sed contra est Philosophus in. 5. ethicorum  
¶ Videndum q. virtus iustitiae est principalior  
q. ceterae morales q. in ea magis reluceat bo-  
num rationis. tum ex parte subiecti quod  
est voluntas. tum ex parte obiecti seu  
materiae circa quam q. est circa operati-  
ones alijs proficiuas. Post eam sequitur  
fortitudo q. circa maiora bona exercet  
scilicet vitam et mortem, quam sequitur  
temperantia ad regulam quae subicit ap-  
petitum rationi circa ea quae immediate  
ordinantur ad vitam in rebus scilicet et vice

¶ Unde laudat in  
bello, et pace

¶ Sic ut tres cum pri-  
ncipales dicuntur esse  
principales

¶ Potest tamen aliqua alia virtus  
dici maior secundum quid (quatenus  
ad minimum dignum praestat) sicut et  
accidens substantia)

Ad. 1. q. liberalitas ad sui perfectionem  
requirit iustitiam. est tamen secundum  
quid dignior q. scilicet ornat eam) Ad. 2.  
q. patientia est quaedam fortitudinis pars  
et quicumq. est fortis est patienter licet non  
e converso. fortis enim non solum patienter  
et sustinet. sed et periculis se ingerit) Ad.  
3. q. magnanimitas non potest esse bene  
alijs virtutibus ut dicit in. 4. ethic. est tamen

se



Secundum quid maior qz est earum orna-  
tus)

Art. 5. Vm Sapiaentia sit maxima  
inter Virtutes intellectuales?

Et videt qz non qz prudentia ut colligitur  
ex 1. et 6. ethicorum imperatej) 2. qz  
per prudentiam regulantem Summas actus  
peruenit ad felicitatem Sapiaentia autē  
non considerat Summas actus. ergo) 3.  
qz perfectiore cognitionem habemus per  
sapientiam de rebus Summas qz de rebus  
diuinis per sapientiam. sed cognitio quo  
maior est eo perfectior est. ergo) 4. qz sa-  
pientia est tria conclusiores dēductas ex  
principijs in demonstrabilibus cuius sabi-  
tus videlicet intellectus est perfectior)  
Sed contra est Philosophus in 6. ethicis.

Dicendum qz obiectum sapientie est causa  
altissima, ac proinde perfectius qz obiecta  
aliarum intellectualium virtutum, ex  
quo sequit qz ipsa sit perfectissima iudicis  
et ordinans omnes quasi architectonica

Ad. 1. R. qz immo sapientia imperat qz  
sapientia prudentia non se intermittit ad  
diuina immo introducit ad <sup>sapientiam</sup> ~~causa~~, sicut  
ostendit ad Regem) Ad. 2. qz sapientia ad  
siderat ipsum obiectum felicitatis in qua  
tunc indacuta ac proinde propinquius se  
habet ad felicitatem qz prudentia) Ad. 3.  
R. qz minor cognitio diuinorum nobilior est qz  
ma.

quid dicitur  
est.



maior cognitio Summarum) Ad. 4. q. cog  
 nitio principiorum pendet ex cognitione  
 terminorum. Sic cognitio quod sit totum et  
 quod pars constat totum esse maius sua  
 parte. sed sapientia intelligit commune  
 ens et iudicat de partibus principijs, et non  
 Summa concludit ex ipsis. unde est nobilior  
 q̄ q̄ habitus principiorum siue intellectus  
 Ar. 6. Vm̄ Charitas sit maxima inter  
 virtutes Theologicas!

gr̄. videt ad eam  
 parari sicut virtus  
 intellectualis ad  
 morales -

Et videt q. non q. spes et charitas sunt in us  
 Sunitate. fides autem in intellectu. ergo  
 fides est nobilior et perfectior utraq̄ -  
 2. q. spes dicit propensionem in rem ama  
 tam. ergo addit ad amorem et supponit  
 charitatem tanq̄ imperfectiorem) 3. q.  
 causa excedit effectum. fides autem et spes  
 generant charitatem)

Sed contra dicit. 1. cor. 13. maior charitas  
 Dicendum q. quamvis ex parte obiecti nō  
 sit maior charitas q̄ fides et spes q. etiā  
 earum obiectum est deus est tamen ma  
 ior ex propinquitate ad ipsum quem im  
 portat. est enim amatum in amante et  
 amans per affectum tradit ad amationem  
 ac proinde in deo manet et deus in eo  
 fides autem et spes important quādam  
 distantiam ab obiecto, cum illa sit de  
 non visus, hęc de non habitus!

Ad. 7. R. q. fides non comparat ad spem et  
 cba



Charitatem sicut virtus intellectualis  
 ad morales quae sunt circa ea quae sunt  
 infra hominem. Ethicorum vero sunt cir-  
 ca ea quae sunt supra animam humanam  
 in quibus cognitio dilectio nobilior est  
 quae cognitio quae dilectio tendit in rem delecta-  
 tam prout in se est. sed in rebus inferiori-  
 bus anima cognitio est nobilior quae res  
 est in cognoscenda et praeter hoc fides non  
 moderat motum appetitus tendentem  
 in deum (qui excedit omnem cognitionem  
 humanam) sed ostendit <sup>illi</sup> obiectum) Ad. 2  
 q. procedit de amore concupiscentiae cha-  
 ritas autem est amor amicitiae, ad quam  
 pervenit spe.) Ad. 3. q. causa dissonans  
 (ut calor ad animam rationalem) non  
 debet esse perfectior suo effectu. secus si sit  
 causa perficiens.

Quaestio 67. De duratione virtu-  
 tum Post hanc vitam. In sex  
 Articulis Divisa.

Art. 1. Utrum virtutes morales ma-  
 neant post hanc vitam?

Et videtur quod non quae dicitur matth. 22. ho-  
 mines postea in gloria erunt sicut ange-  
 li dei. in quibus ut dicitur in. 10. ethic. videtur  
 sum est ponere morales virtutes). 2. quae  
 virtutes morales sunt ad opera vitae acti-  
 vae quae cessant in gloria. ut inquit Pre-  
 gottus. in. 6. moral. 3. quae fortitudo et te-  
 pe



Summula d. Thome

perantia sunt irrationalium potentia-  
rum ut dicitur in 3. ethicis, sed he partes  
consumuntur post hanc vitam. ergo -

Sed contra sapientia. 1. dicit iustitia immor-  
talis et perpetua.

Dicendum quod licet Tullius ut dicit Augustinus in 14 dicitur negaverit post hanc vi-  
tam manere quatuor cardinales virtutes  
tenendum tamen est mansuras esse in  
alio excellentiori modo. Non quidem quan-  
tum ad materiale ipsarum scilicet cum  
inclinacione partis appetitus ad passio-  
nes vel operaciones; sed quantum ad for-  
male. in quantum ratio uniuscuiusque  
rectissima erit, circa ea que ad ipsum per-  
tinent secundum statum illum. ut Au-  
gustinus ibidem exponit.

Ad 1. R. q. Philosophus <sup>loquitur</sup> de virtutibus quan-  
tum ad materiale earum qualiter se ha-  
bent etiam operacione actus. per quod res-  
pondet ad 2. / Ad 3. q. ante resurrectio-  
nem in anima radicaliter et seminari-  
ter erunt et manebunt morales virtutes  
immu et iustitia in actu manebit quod  
est in ipsa voluntate. Post resurrectionem  
vero corporibus resumptis et potentijs ra-  
tionalibus in organo corporeis unitis e-  
runt et manebunt virtutes morales ad  
modum dictum. ex quo patet quare speci-  
aliter de iustitia dicitur quod est perpetua et  
immortalis -

Ar.



Ar. 2. Vm Virtutes intellectua  
 ~ Les maneant post sancuitam!  
 Et uidet q. 3. q. 1. c. 13. scientia  
 destruit q. ex parte cognosimus, sed ea  
 dem ratio est in alijs virtutibz intellec  
 tualibz. ergo) 2. q. in predicamentis di  
 cit Philosophus q. scientia est difficile mo  
 bilis a subiecto nisi aliqua forti transmi  
 tatione nulla autem fortior q. mors. ex q.  
 3. q. post sancuitam non manent phas  
 tasmata ergo neq. speculatio intellectus,  
 Sed contra est q. manet cognitio particu  
 larium et contingentium ut constat luc  
 16 de diuine) ergo multo magis manet  
 cognitio vniuersalium. et necessarium  
 Dicendum q. cum species intelligibiles sit  
 formale in intellectu (et maneant im  
 mobiliter iuxta Aristotelem in 3. de ani  
 ma in intellectu) et non solum dum actu  
 intelligit ut quidam existimauerunt Vir  
 tutes intellectuales maneant quantum  
 ad formales seu rationes post sancuitam  
 quamuis non maneant quantum ad ma  
 teriale scilicet phantasmata que sunt  
 in corpore organo, et instrumentis. Si  
 cut et de virtutibz moralibus dictum est.  
 Ad. 1. R. q. Apostolicus est intelligendus qua  
 tum ad materiale. et modum intelligendi  
 per conuersionem ad phantasmata / Ad



Summula d. Thomae

Ad. 2. q. per illas transmutationes cor-  
rumpit scientia quantum ad materia-  
le. sed species intelligibiles semper ma-  
nent in intellectu possibili. Ad. 3. q. anima  
post mortem separata non intelligit per co-  
versionem ad phantasiam, sed alio modo

Ar. 3. Vtrum fides maneat post  
mortem? Sane vitam?

Unde <sup>q. sic</sup> q. nobilitas q. scientia, quae etiam  
manet. 1. q. i. corint. 3. fides dicitur foun-  
damentum, ergo si ipsa non manet omnia  
ruunt. 3. q. cognitio perfecta et imper-  
fecta (ut puta matutina et vespertina)  
simul est in angelis, et in homine de eade-  
re opinio et scientia, ergo et fides stat cum  
clara visione.

Sed contra est Ap. 1. corint. 5. —

Dicendum q. contrarietas vel est secundum  
oppositas formas ut in albo et nigro vel  
secundum magis et minus et hoc duplici-  
ter uno modo sic q. imperfecto consistit de-  
tatione rei, sicut in magis calido et minus ca-  
lido, alio modo ut sit de ratione eius sicut  
defectus rationis est de natura equi et leo-  
nis. et sic unum et idem manens non po-  
test transire de minus perfecto ad magis  
perfectum, et quoniam imperfecto cogni-  
tionis est de ratione fides, q. est de non vi-  
sus, sequit q. non possit esse manifesta cogni-  
tio eadem numero manens. An autem possit  
sit

perfectum







in spei) manet, filialis in beatis, et poena  
 & in damnatis) 3<sup>o</sup> q<sup>o</sup> desiderium quod est  
 etiam futurum manet. iuxta illud. 1. Petri. 1.  
 in quem desiderant angeli prospicere.  
 Sed contra dicit Rom. 8. quod quis videt, quid  
 sperat.

Dicendum q<sup>o</sup> quem ad modum acquisito ter-  
 mino cessat motus. sic ad optata beatitudi-  
 nis gloria et quiete non manet spes -  
 Ad. 1<sup>o</sup>. R<sup>o</sup> q<sup>o</sup> virtutes morales non manent  
 quantum ad materiam passionum, sed qua-  
 tum ad actus suos. qui se compatiuntur cum  
 gloria, fidei <sup>autem</sup> aut spei <sup>autem</sup> non item) Ad 2<sup>o</sup>. q<sup>o</sup> ti-  
 mor filialis manet in gloria quantum ad  
 actum reverendi deum, ne proinde timor  
 qui opponit spei non manet ibi. in damna-  
 tis vero manet timor futuri mali, quate-  
 nus poena, alij alijs succedunt. quoniam  
 nec sic est timor proprie, quoniam timor  
 semper habet annexam spem evadendi  
 Ad. 3<sup>o</sup>. q<sup>o</sup> in beatis quantum ad gloriam a-  
 nimam non potest esse desiderium pro ut est  
 de futuro. sed sicut est esurire et sitis pro ut  
 excludunt fastidium. nec proprie in ani-  
 mabus beatis est spes de gloria corporum  
 futura quoniam non proponit illis ut quid  
 arduum. sed ut inevitabiliter evenitur.)  
 Ar. 5. Vm aliquod fidei vel spei re-  
 maneat in gloria?

Et videtur q<sup>o</sup> sic q<sup>o</sup> remota proprio suaveritate  
 communis. licet rationale, manet Magis commu-  
 ne



ne scilicet animal ergo remoto enigmata a fide  
 (quae est cognitio enigmatica) manet quod  
 in ea est cognitio. 2. q. adueniente  
 lumine solis non perit lumen candlee er  
 go nec adueniente lumine glorie cessat lu  
 men fidei) 3. q. remota materia circa qua  
 v. g. pecunia, manet habitus liberalitatis.  
 ergo remoto h. non uiso. manebit fides ha  
 bitus (inca prima necessitatem)

Sed contra est q. fides est quidam habitus sim  
 plex. ergo si non totalis manet. totaliter ces  
 sat.

Dicendum q. quidam existimant q. et si  
 despe. n. d. remaneat in patria. tamen desi  
 de manet cognitio. quod si de ratione gene  
 ra cognitiuis intelligat uerum est, n. d.  
 tamen de eadem numero aut specie cogiti  
 one. quae est fides, hoc enim est impossibile  
 neq. enim quemadmodum remota forma  
 a materia manet substantia materia. ita  
 remoto rationali potest remanere animal  
 quoniam sicut rationale sumat a forma  
 a denominat totum. et similiter animal  
 sicut desumat ab eo quod a se habet ut mate  
 ria. homo autem desumit ab utroq.  
 Ad. 1. R. ex dictis) Ad. 2. q. lumen fidei et  
 glorie opponunt sicut lumen aeris. et obscuri  
 tas eius, non sic lumen candlee. et solis) Ad  
 3. q. in gloria cum non uiso tollit possibilitas  
 ad tale obiectum prout in illo statu, quod in libe  
 rali non contingit.

Ar.



Ar. 6. Vm remaneat Charitas post  
 Hanc vitam in gloria. ~ ~ ~ ~ ~  
 Et videtur quod non potest ut dicitur. 1. corinth. 13. euacu-  
 abitur tunc quod ex parte (id est imperfectum  
 est. qualis est charitas in) 2. quod obiectum  
 Charitatis est bonum apprehensum. sed in  
 gloria est alia apprehensio. ergo alia cha-  
 ritas) 3. quod alia charitas in per augmen-  
 tum. (quod eiusdem rationis est) potest per-  
 uenire ad perfectionem charitatis glorie. q  
 uod non est possibile.

Sed contra est. 1. corinth. 13. charitas nunquam  
 excidit

Dicendum quod de ratione charitatis non est a  
 sequa imperfecto ac proinde est habitus. et  
 non habitus visus. et non visus. eadem manens  
 numero in patria que fuit in via.

Ad. 1. R. que modo dictum est imperfectum  
 est de ratione amoris qui est charitas ac pro-  
 inde euacuata imperfectio (que est eius  
 accidens) adhuc manebit charitas) Ad. 3. quod  
 visus est causa amoris. que in via non potest  
 per quantumvis perfectam cognitionem cogni-

Quaestio. 68. De Donis. ~ in  
 octo Articulis diuisa -

Ar. 1. Vm dona differant a virtutibus  
 Et videtur quod non quod Gregorius. 1. moral. per septem fi-  
 lios qui nati sunt septem accepit virtutes. et  
 statim inducit septem dona que enumerantur

isa. 11.



2. q. Augustinus in illud Matt. 12 tunc  
 uadit et assumit septem spiritus nequos  
 resse ait. id est septem uicia contra septem  
 uirtutes spiritus sancti. que sunt. Sep-  
 tem dona. / 3. q. nomina ipsa donorum nomi-  
 nant uirtutes. ut. Scientia. sapientia. in-  
 tellectus. fortitudo etc.  
 Sed contra est q. Gregorius distinguit ubi su-  
 pra dona a uirtutibus theologis. et in 2. mo-  
 raliu[m] distinguit ea a quattuor uirtutibus  
 cardinalibus. que dicuntur significari per quattuor  
 angulos domus Iob.  
 Dicendum q. quidam dona a uirtutibus non  
 distinguunt. Alij eo differre putant ~~differe~~  
 eo q. dona pertinent ad liberum arbitrium in  
 quantum est facultas rationis. uirtutes uer-  
 o ad idem arbitrium pertinent in quantum  
 est facultas uoluntatis. Alij distinguunt ex  
 eo q. uirtutes ordinantur ad bonas operationes;  
 dona uero ad resistendum tentationibus.  
 Alij q. distinguunt eo q. uirtutes ad operan-  
 dum recte sunt ordinata. dona uero ad imita-  
 dum Christum dominum. in his precipue  
 que passus est. Sed profecto predicti omnes  
 propriam distinctionis rationem uel as-  
 signant. Ac propterea dicendum q. in ho-  
 mine est duplex mouens. aliud interius sui  
 scilicet ratio; aliud exterius. quod est deus ipse  
 cum autem omne motum proportionari de-  
 beat suum motori. et in tali dispositione ipsius  
 perfectio consistat. que tunc erit etiam per-  
 fec-

3. q. definitio uir-  
 tutis conuenit do-  
 nis. et definitio  
 donorum uirtuti-  
 bus infusus que sunt  
 dationes incredi-  
 les. que p[er] p[ro]ph[et]am Phi-  
 losophum definit  
 donum ~~et~~



(et dicuntur dona  
non solum qz  
a deo data)

fectus quanto perfectius fuerit mouens. Hinc  
est q, dona spiritus sancti que a spiritualita  
te dicuntur disponunt Sommem ut efficiat  
promptus et facile mobilis ab inspiratione  
diuina, ad altiores actus qz sunt actus virtu  
tium. Virtutes uero disponunt Sommem ut  
prompte moueat ad actione ad re operan  
dum in his que interiorius uel exteriorius agit.  
et iuxta hoc etiam Philosophus dicit in capi  
te de bona fortuna. q, his qui mouent per ins  
tinctum diuinum non expedit consulari se  
cundum rationem humanam, sed q, sequat  
ur interiorem instinctum, qz mouentur a me  
tiori principio. qz sic ratio humana. ))

Ad. 1. Ar q, communij nomine dicuntur virtu  
tes sed addunt ad virtutem. immo et Philo  
sophus. in. 7. ethic. supra communem virtute  
ponit Heroicam secundum quam aliquij  
dicuntur diuini uixij) Ad. 2 q, uita aliter co  
trariatur donis. aliter autem uirtutibz) Ad  
3. q, illa definitio dat de virtute secundum co  
munem modum uirtutis. donum autem pro  
ut etiam distinguit a uirtute infusa potest  
dici id quod dat a deo ut bene moueat ad su  
os instinctus) Ad. 4 q, ceteri nomina sint eade  
sapientia tamen uirtus operat ex uirtute ratio  
nis. donum autem ex uirtute diuino. et sic  
in alijs.

Ar. 2. Vtrum dona sint Somini  
necessaria ad salutem!

et



¶ videtur q. non dona ordinant ad perfec-  
 tionem que est supra communem ratione  
 virtutis. et ex consequenti de consilio. er-  
 go non de necessitate / 2. q. ad salutem  
 sufficit q. bene se habeat homo ad divina  
 quod fit per virtutes theologicas. et ad hu-  
 mana. quod fit per morales. ergo / 3. q.  
 gregorius in 2. moral. ponit dona danti  
 contra defectus. quos suppleunt virtutes. ut  
 prout sapientiam contra stultitiam. consi-  
 lium contra precipitationem. etc.

Sed contra q. sapientie. B. sapientia pre-  
 cept. eccij. i. timor. ergo et alia dona me-  
 dia inter hec (que sunt extrema) sunt ne-  
 cessaria

¶ Dicendum q. ~~quibus non sufficit ratio sed cogno-  
 scit instrumenta divina necessaria sunt dona~~  
 ratio ergo perficit per virtutes ad ea que non  
 sunt supra naturam perfectam quatenus  
 ad modum nature. per theologicas vero in  
 ordine ad supernaturalia. ac per consequens  
 minus perfecte eis afficit aut possidet. ad  
 operandum igitur medijs moralibus virtuti-  
 bus non eget aliquo superaddito preter divi-  
 nam actionem que simul cum sua actione

¶ q. minus propor-  
 tionabiliter ad na-  
 turam, quamvis  
 ipsa virtutes sine  
 maioris perfectio-  
 nis.

↑  
 morales  
 perfecte

¶ licet et ad  
 hunc possit  
 a deo super-  
 abundan-  
 ter per divi-  
 nam insti-  
 tutum ad  
 inuicem -

¶ Sed ad opera superiora et heroica  
 virtutum theologiarum spiritu dei aguntur  
 homo et diuino instinctu doro. ac prout  
 necessaria sunt dona. quibus ad illum disponat  
 Ad. i. R. q. dona excedunt communem ratione  
 virtutis



Summula d. Thomae

Virtutum. nō quantum ad genus operum  
ut in consilijs et preceptis, sed quantum  
ad modum motionis ab altiori principio.  
Ad. 2. q. ultra illas virtutes indiget  
no motione spiritus sancti. Ad. 3. q. indi-  
get. Sed donis ut omnino defectus expel-  
lat.

Ar. 3. Utrum dona spiritus sancti  
sint habitus?

Unde q. non q. ut Gregorius in 2 moral  
dicit in solo Christo domino Ioan. 1. et Isai  
u. omnia spiritus sine eius dona requirit  
se per modum habitus. 2. q. ut inueat ins-  
trumentum non eget habitu in se nec ipse er-  
g. nec homo in quantum agit spiritu dei. 3  
q. donum prophetiae non aderat prophetis  
per modum habitus ut dicit Gregorius  
1. in ezechiel.

Sed contra dicit dominus Ioan. 14 de spiritu  
sancto, apud vos manebit. scilicet cum donis.  
Dicendum q. quem admodum virtutes mora-  
les sunt quidam habitus quibus vires appe-  
titivae disponunt ad prompte obediendum  
rationi. Sic dona spiritus sancti sunt quidam  
habitus, quibus homo perficit ad prompte o-  
bediendum spiritui sancto.

Ad. 1. R. q. idem Gregorius ibidem se expli-  
cat dicens q. dona necessaria ad vitam (quia  
sunt spiritus sancti) semper manent in  
sanctis. Ad. 2. q. procedit de instrumentis quod  
solum agit et non agit. Ad. 3. q. prophetiae donum  
non est



est de necessitate salutis, sed ad manifesta-  
tionem spiritus.

Ar. 4. Vtrum convenienter dona  
spiritus sancti enumerentur.

Unde q. non q. cum in illis ponat quæ tan-  
quæ ceteras virtutes intellectuales. de arte  
nihil dicit. et cum de fortitudine. et de timore.  
qui pertinet ad iustitiam fiat mentio nihil  
tangit de temperantia. 1. q. non spectat  
sed ipsa iustitia debuisse enumerari, sicut  
numerat fortitudo. et non aliqua eius pars.  
3. q. debuisse ponere aliqua dona spectantia  
ad virtutes theologicas, quod tamen non fit.  
4. q. sicut timor ponitur donum. sic debuisse  
poni amor. spes et delectatio. et conditio quæ  
de deo sunt. 5. q. sicut intellectui addit sapi-  
entia. fortitudini consilium. et pietati scien-  
tia. sic debuisse timori adiungi aliquod dree-  
tium eius.


Sed contra est auctoritas isaie undecimo cap.  
Dicendum q. quid quid est in homine. naturæ est  
inveniri a deo tanq. a superioris mente. et pro-  
inde sicut in omnibus viribus humanis quæ  
sunt principia humanorum actuum. sunt  
sunt virtutes ita etiam sunt dona scilicet  
et in ratione tam practica. q. speculativa. et  
in vi appetitiva. ut consideranti dona pate-  
bit. et idem patet q. hæc dona extendunt se ad  
omnia quæ se extendunt virtutes. tam intell-  
ectuales q. morales.

Ad. 5. R. q. ass. ordinat ad factibilia. / <sup>ta</sup> <sub>autē</sub>



Summula d. Thomae

ta autem pertinet ad temperantiam qua  
tenus peccata recedimus a delectationibus pra  
uis) Ad. 2. q. nomen iustitiae imponit a rec  
titudine rationis, et idem nomen virtutis quod  
conuenientibus quod doni. nomen uero pietatis  
importat reuerentiam quam habemus ad  
patrem et patriam. unde et religio pietas  
nominatur) Ad. 3. q. spiritus sanctus inuenit  
inimicam securitatem quae aliquo modo ueni  
t scilicet perfidiam, spem et caritatem. quae  
sunt uelut radices donorum. quae ipsas de  
terminant.) Ad. 4. q. illa habent pro obiecto  
deum ac proinde transferunt ad virtutes the  
ologicas. timor autem non habet pro obiecto  
deum sed malum a quo perfectius retrahit  
quod virtutes morales.) Ad. 5. q. ~~per sapientiam~~  
~~inuenitur intellectus. Summus. et affectus. et de~~  
ratio timendi deum praecipue sumit ex con  
sideratione excellentiae diuinae quam conti  
derat sapientia.

Ar. 5. Vtrum dona spiritus sancti  
sint connexa? 

et uidetur quod non. quod uidetur. s. ad corinth. 12. a  
lij dat per spiritum sermo scientiae. alij ser  
mo sapientiae. ergo) 2. q. August. in. 14. de  
trin. dicit quod scientia non pollent fideles pluri  
mi fidem autem comitatur aliquod donum,  
3. q. Gregorius in. 1. moral. dicit quod minor est  
sapientia si intellectus careat. et in uerbis in  
tellectus sine sapientia. et sic procedit malis  
donis. ergo) Sed contra est idem Gregorius  
ubi



ibidem dicens q. filij septem<sup>106</sup>. id est septem  
 dona spiritus sancti se invicem pasunt.  
 Dicendum q. sic ut virtutes morales quibus  
 disponunt vires appetitus ut morceant  
 a ratione committunt in prudentia ita  
 dona quibus homo perficitur ut morceat a  
 spiritu sancto committunt in caritate si  
 ne qua esse non possunt /

Ad. i. R. q. procedit de scientia et sapienti  
 a. prout sunt gratis gratis datz ad efficaci  
 ter persuadendum. no ut donantur) Ad  
 2. q. Augustinus eodem modo accipit. scilicet  
 cetero pro gratia gratis data / Ad 3. q. probat  
 q. singula dona mutuo se perficiunt, a deo q.  
 si intellectus esset sine sapientia non posset  
 esse donum. neq. sapientia sine intellec  
 tu. sic ut de virtutibus moralibus dictum est

Ar. 6. Vtrum dona spiritus sancti

Remaneant in patria?

Et videtur q. non q. Gregorius in 2. moral  
 dona dicit esse contra tentamenta at in  
 patria non erunt tentamenta. ergo / 2<sup>o</sup>  
 q. dona y actus non possunt esse in patria  
 ut misereri s. q. qui est actus miserordie Pietatis  
 q. illic non erit miseria. et misereri in a  
 lijs. ergo / 3. q. quaedam dona perficiunt  
 vitam altivam que in hac vita terminatur  
 ut fortitudo. et pietas ergo /  
 Sed contra est Ambrosius in lib. de spiritu sa  
 ncto



Summula d. Thomae

Dicendum q. dona quantum ad essentia  
perfectissime erunt in patria, quando homo  
omnino erit subditus deo. Sed quantum ad  
materiam circa quam versantur q. hic se  
offert aliqua materia, que non in patria  
non manebit, sicut de virtutibus cardinalibus  
subius dictum est

Ad. 1. R. q. Gregorius loquitur de donis pro  
ut in hoc statu tentamentis concutimur

Ad. 2. q. Gregorius ponit ibi aliquid in donis  
quod fit in presenti, et aliquid, quod perma-  
net in futuro ut patet si attendat in singu-  
lis) Ad. 3. q. procedit de donis quantum  
ad materiam.

Ar. 7. Vtrum dignitas donorum  
Attendat secundum enumerati-  
onem Isaiz. 11.

Inducit q. non q. deus maxime requirit  
ab homine timorem, ut patet deut. 10. et  
malach. ergo male ultimo locus enumerat  
2. q. pietas est bonum universale, ut dicit  
t. 1. timor t. 5. ergo male penultimo locus po-  
nit / 3. q. scientia pertinet ad iudicium  
quod pertinet inquisitioni ad quam est con-  
siliium, ergo ante illud debuit enumerari /  
4. q. fortitudo pertinet ad vim appetitivam  
scientia ad rationem, ergo hęc debuit primo  
q. illa enumerari / Sed contra est Augustinus  
in lib







## Summula d. Thomae

Dona perficiunt virtutes / Dicendum qd  
Sicut virtutes intellectuales proficiuntur  
moralibus, et regulantur eas, sic virtutes theo-  
logicae proficiuntur donis spiritibus sancti et  
regulantur ea per quae eod. dictum est omnes  
vires animae disponunt ad obediendum mo-  
tioni divinae. Sunt igitur in primo gradu per-  
fectionis virtutes theologicae in secundo do-  
na, in tertio virtutes intellectuales, et in  
quarto virtutes morales.

Ad. 1. Patet ex dictis / Ad. 2. q. virtutes sunt  
prioris ordinis generationis, sed non perfec-  
tionis. Sicut et dilectio proximi quantum  
ad altum precedit et disponit ad dilectionem  
dei / Ad. 3. q. scientia et intellectu prioris sunt  
dona spiritus sancti (sicut et caritate for-  
mata) nullus male uti potest /

### Quaestio 69 de Beatitudinibus

In quattuor art. divisa

Art. 1. Vm Beatitudines distinguantur  
a virtutibus et donis?

Et videtur qd non qd Aug. in lib. de serm. domini  
in monte arnumerat eas donis. et Ambrosius  
super Lucam arnumerat eas virtutibus / 2.  
qd Summa voluntatis non est nisi duplex re-  
gula scilicet ratio. et Lex aeterna / 3. qd inter  
beatitudines ponit. misericordia et  
iusticia

quae disponunt -  
vires appetitivas  
ad obediendum ra-  
tioni

+ per quas homo  
unice spiritui sa-  
ncto.



iustitia que sunt virtutes) Sed contra est  
q. paupertas, sicutus, et pax, nec sunt dona  
nec virtutes.

Dicendum q. beatitudo est ultimus finis hu-  
manarum maxime supernaturalis, quem  
dicit quis dicit propter spem habere quate-  
nus per bona opera in ipsum tendit quod idem  
beatitudines dicuntur de proximo differunt a  
virtutibus, et donis, non sicut habitus ab eis  
distincti, sed sicut actus distinguuntur ab habi-  
tibus

et precipue super  
naturalia.

Ad. 1. R. q. ibi attribuuntur donis et vir-  
tutibus sicut actus habitibus / Ad. 2. q. non  
sunt distincti habitus a virtutibus, et donis.

Ad. 3. q. illa sumuntur etiam pro actibus, et  
sicut tunc videantur esse virtutes attribu-  
untur tamen donis, quia etiam dona perfici-  
unt hominem circa omnia, circaque per-  
ficiunt virtutes, ut dictum est.

Ar. 2. Vni premia, que attribuun-  
tur virtutibus ad hanc vitam per-  
tineant!

Et videtur q. non, quia obiectum spei est beati-  
tudo futura, et ergo hec premia ad futuram  
vitam pertinent) 2. quia poene per oppositum  
ad beatitudines, ut illud vis saturatus quod est  
surrectus, et qui ridetur quod flebitur pertinent  
ad aliam vitam, quia isti sic ducuntur de sum-  
mis / 3. quia regnum velorum, et plena saturi-  
tas

quod ad bona opera  
cum spe facta sub-  
sequuntur.



Summulae Thomae

quae sunt premia  
enumerata -

tas. Et uisus dei ad futuram uitam perti-  
nent.

Sed contra est Augustinus in lib. de sermone  
domini in monte.


Dicendum q. alij aliter exultauerunt sci-  
licet q. ad futuram, uel ad presentem, uel  
partim ad utramq[ue] <sup>uitam</sup> praedicta premia perti-  
neant. Sed tenendum q. cum spes de fu-  
tura beatitudine habeat[ur] duob[us] modis in-  
mirum per quamdam dispositionem me-  
riti, uel per quamdam ueluti inclinati-  
onem ipsius beatitudinis futurae, ut in ui-

uis perfectus des-  
per affectum et  
contemplatione  
addictis -

uis perfectus. in his potest dici q. ad uitam fu-  
turam praedicta premia iam pertinent.

Ad. 1. R. q. spes etiam est in hac uita de auxi-  
lio quo eternam consequimur / Ad. 2. q. et  
in hac angustiam spiritualiter in hoc mundo  
ut dicit Augustinus et Aristoteles. et boni e-  
conuersi etsi corpore uexentur spirituales re-  
fectiones reficiunt etiam in hac uita centu-  
plum accipientes / Ad. 3. q. omnia illa premi-  
a perfecte quidem consumabunt in uita futu-  
ra. Sed interim etiam in hac quodam modo  
inchoant. ut discurrendo per singula uide-  
dae.

Art. 3. Vtrum conuenienter beati-  
tudines enumerentur?

3. q. nihil ponit[ur] in uide[re] q. non q. nulla ponit[ur] in actu contem-  
directa ad fortitu-  
dinem pertinent[ur] ad actum scientie uel consilij / 1. q. nihil inter eas ponit[ur] pertinet  
ergo.  scrip



Scriptura multaq; aliq; assignant beatitudines  
ut Job. 5. beatus homo qui corripit aedes - /  
et alibi ob alias causas sicut psalm. 1. et /  
psalm. 3.

Sed contra videt q; superflue enumerent qz  
tantum sunt septem dona beatitudines iuxta  
ordo. et Propterea qz Luc. 6. tantum ponunt  
et quattuor beatitudines.

Dicendum q; beatitudinem, quidam falsis in  
vita voluptuosa constituerunt, alij in vita  
activa; alij vero in contemplativa. et prop  
terea ad excludendas illicitas voluptates po  
nunt quaedam beatitudines, Aliq; ad ordinã  
dam et rectificandam vitam activam <sup>vel</sup> quan  
tum ad actus virtutum, vel quantum ad  
effectus ex eis subsequentes / et circa contem  
plativam vitam non ponunt beatitudines ta  
q; merita, sed tanq; premia qz contempla  
tio consummata et perfecta est ipsa beatitudo  
finalis. contemplatio autem inchoata in hac  
vita est veluti initium ipsius.

Ad. 1. q; pertinentia ad contemplati  
onem exprimunt in premijs / Ad. 2. q; ac  
tus donorum dirigentium qz ordinant ad  
aliud non computantur inter beatitudines,  
qz beatitudo habet rationem ultimam, sed ma  
gis attribuuntur eis actus operativi, in quib;  
dirigunt sicut scientis iugere, et consilio  
misereri / Ad. 3. q; in attributione beatitudi  
num ad dona possumus considerare autem  
formitatem materiz; aut motiva ipsarum  
et



Summula D. Thomae

Et secundum hoc sic deuersimode attribu-  
tis / Ad. 4. q. omnes alie beatitudines redu-  
cuntur ad has ut facile discurrere patebit.  
Ad. 5. q. octaua beatitudo est quaedam mani-  
festatio et confirmatio precedentium, ac  
proinde ad eas quodammodo pertinet / Ad  
6. q. Lucas narrat sermonem domini factum  
fuisse ad turbas, ac proinde beatitudines nu-  
merant ab eo secundum capacitatem tur-  
barum, que solam uoluptuosam terrenam  
et temporalem uitam nouerunt.

Ar. 4. Vtrum premia beatitudinum  
conuenienter enumerentur?

Et uidetur quod non. qz in regno celorum omnia  
premia intelliguntur ergo cetera superflua  
2. qz Regnum celorum ponit in prima et in oc-  
tava beatitudine ergo debuit poni in omnibus  
3. in beatitudinibus ut ait Augustinus procedi  
& ascendere in premijs uero descendere a ma-  
gis dignis ergo inuenienter assignantur  
Sed contra est auctoritas domini ea proponentis  
Decidendum q. premia predicta conuenienter as-  
signantur iuxta triplicem modum assignandi bea-  
titudinem, ut supra dictum est. quoniam in tribus  
primis proponuntur premia contraria beatitudi-  
ni voluptuosa. in duabus sequentibus ea que in  
uita aeterna felicem reddunt dominum. et in alijs  
duabus ultimis ea proponuntur que ad uitam con-  
templatiuam et consummatam pertinent

Ad. 1. R. q. omnia predicta premia diuina sunt  
in re. diuersis nominibus ob sui excellentiam signi-  
ficatum

Ad



Ad 2. q. octava est firmitas omnium beatitudinum. et proinde redit ad caput. uel in prima intelligit gloria animae. in octava gloria corporis / Ad 3. q. etiam perierit se ad invicem ex additione se habent. et constat ex ultima quia si inam dignitatem in domo Regis filius regis habet //

Questio 70. De Fructibus spiritus sancti in 4. Art. diuisa.

Art. 1. Vtrum Fructus spiritus sancti quos enumerat Apostolus ad Galatas. 5.

Sint actus?

¶ <sup>q. non</sup> Fuit et q. fructus non est fructus nec est proventus in infructum. sed actuum nostrorum est aliquis fructus / 2. q. voluntas nostra non debet fieri actibus nostris. ergo non sunt dicendi fructus / 3. q. caritas mansuetudo fides et castitas non sunt actus. sed virtutes et habitus ergo.

Sed contra est quod Matt. 12. ex fructibus cognosce arbor. id est homo ex operibus. Dicendum q. fructus est ultimum delectabile eius rei que possidet. N. g. arboris / potest autem fructus hominis dupliciter sumi. uel prout ab eo producit. uel prout ad ipsum illud. et hoc secundo modo ultima hominis felicitas dicitur eius fructus. primo uero modo eius operatio. uel in quantum procedit a ratione. et sic dicitur fructus rationis. uel in quantum procedit ab homine. secundum aliam uirtutem spiritus sancti. que est sermendicatio. i. Joannis. 3

Ad 1. 1.



Summula<sup>s</sup> D. Thomae

Ad primum R. q. operationes ut ab opera-  
te habent rationem fructus. ut uero ter-  
dunt in beatitudinem rationem fructuum  
iuxta illud. ecd. 24. flores mei fructus  
sonorus et honoratus / Ad. 2. q. possumus  
delectari in virtutibus propter se formaliter  
sed in deo sine ultimo fine delectamur pro-  
pter se. sine propter illud finaliter / Ad. 3.  
nomina virtutum et habituum sumuntur  
et pro suis actibus. Et sic dicimus q. fides est  
credere. quod non uides est. " " "

Ar. 2. Vtrum Fructus a Beatitu-  
dinibus differant?

Et uidetur q. non q. beatitudines attribuuntur  
